Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0002-9

Pub. 12. num. 4.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI GERMANICI

DE

# INTERDICTIS EXPORTATIONIS FRVMENTORVM TERRITORIALIBVS

QVAM
SVB DIVINIS AVSPICIIS
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO
DOMINO

## CAROLO

DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE, REL. REL.
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
VIRO ILLVSTRI ATQVE CONSVLTISSIMO
DOMINO

## GODOFREDO DANIEL HOFFMANN

PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE, SACRI CAESAREI PALATII COMITE, SERENISSIMI WVRTEMBERGIAE DVCIS CONSILIARIO, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, SVPREMI DICASTERII ET COLLEGII ILLVSTRIS ASSESSORE
PATRONO ATQVE PRÆCEPTORE SVO PIE VENERANDO
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES RITE CAPESSENDI
D. IVLII MDCCLXXII.
DEFENDET
AVCTOR

## IOHANNES AVGVSTVS REVSS, MARBAC.

SVPREMI DICASTERII WIRTEMB. ADVOCATVS.

TVBINGAE TYPIS FVESIANIS.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

# PRAEFATIO.

Manifeſta eſt triſtis illa occaſio, quæ multis de eo, quo Diſſertatio hæc inſcribitur, dicendi argumento deliberationibus & publicis & privatis quoque cauſam dedit; quæ varia levandæ annonæ cauſa in ſingulis ſtatuum imperii provinciis & regionibus produxit inſtituta, & quæ ideo etiam haud parvam de ea re libellorum tam tenuium, quam volumine paulo grandiorum copiam in lucem protulit, ut adeo ſupervacaneum videatur, de inſigni ea temporum calamitate, quam graviter adhuc, quamvis, quæ divina eſt clementia, multum jam nunc laxatam omnes perſentiunt, verba facere.

Quotquot vero ſunt, quæ hactenus agitata partimque actu explicata ſunt, conſilia, & quot interim in publicum prodiere ſcripta, eam inprimis materiei partem tantum ſcopo habuerunt, quæ *politiæ* cura abſolvitur; & jure quidem, opinor, meritoque, cum in tanto anguſtarum rerum diſcrimine ſatius omnino ſit, eas, quæ ad avertendum periculum tendunt, aliis præferre meditationibus. At reſtat tamen adhuc, quæ eadem digna eſt attentione, ejusdem argumenti altera pars, eorum nempe, quæ ex publici germaniæ juris legibus dominis territorialibus circa prohibitionem evectionis annonæ territorialem competunt, *jurium* æque ac quæ ipſis incumbunt obligationum. Quæ igitur, cum nec antea alibi jam plene pertractata invenerim, eorum conſiderationem, quæ à fine Diſſertationis haud aliena videbatur, in academica hac commentatione mihi conſtitui. Neque abſterrere me potuit ab hoc propoſito, quod jam levari incipiat annona, nec revocatio legum, quibus ejus exportatio hactenus prohibita fuit, territorialium adeo longe remota videatur, cum partim ſæpius fieri ſoleat, ut caſus præteriti eorum tractationi anſam dent, partim autem principia, ex quibus prohibita frumentorum exportatio dijudicanda eſt, omnium, quæ ad victum pertinent, aliarumque mercium negotiationi ſint communia.

## TRACTATIO IPSA.

### §. I.

*Generalia quædam de jure commerciorum.*

Ex inſignibus illis, quæ imperantibus circa inſtitutionem & directionem commerciorum in republica ex principiis juris publici univerſalis vindicantur, juribus regali-



bus

bus primarium vocari meretur illud, quod *in determinatione mercium importari & exportari permiſſarum aut prohibitarum* conſiſtit, ab antiquiſſimis inde temporibus à quibuscunque imperantibus & belli 1) & pacis 2) tempore exerceri ſolitum. Cumque omnia omnino ſummorum imperantium, quibus circa commercia gaudent, jura eminentiſſima, ſummæ etiam reipublicæ germanicæ poteſtati denegari plane non poſſint, curam quoque importandorum & exportandorum atque ita & jus quarundam mercium evectionem prohibendi, tam intuitu exterarum gentium, quam intuitu omnium ac ſingulorum imperii membrorum & civium, penes eandem eſſe ſummam poteſtatem, eo minus in dubium vocari poteſt, quo ſæpius illud per ſuperiora ſecula ab imperatore & imperio exercitum eſſe conſtat. 3) Verum accedit in Germania duplex adhuc alius ejus reſpectus. Cum enim regimen ſingularum ejus provinciarum, territoriorum atque ditionum cum omnibus civilis imperii juribus *ſuperioritati territoriali* inſit, & in eodem ampliſſimo jurium regalium ambitu in ſpecie etiam jura politiæ, 4) quamvis ſupremis univerſi imperii juribus politiæ omnino ſubordinata, 5) contineantur; cumque præterea nec *Circulis imperii* omnis denegari poſſit de cauſis politiæ leges atque concluſa circularia ferendi poteſtas, facile perſpicitur, triplicem eſſe jurium etiam circa commercia in Germania reſpectum. Quoniam autem in tenui hacce commentatione non de toto hoc ambitu mihi ſermo eſt, absque ullis ambagibus ſtatim ad propoſitum accedo, quod in breviori delineatione eorum conſiſtit, quæ *dominis territorialibus vi ſuperioritatis territorialis*, tam reſpectu Imperatoris & imperii, quam circulorum & ſingulorum quoque aliorum dominorum territorialium eorumque ſubditorum & denique etiam ratione propriorum civium circa frequentatas per aliquot annos inhibitiones exportationis frumenti permiſſa ſint aut prohibita; ex quo tamen incidenter etiam de juribus imperii ac circulorum non poſſe non aliqua dici per ſe patet.

1) Quo tempore plerumque omni negotiationi cum hoſtibus eorumque aſſeclis interdiei ſolet. Exempla inter coronam Hiſpanicam & Belgium fœderatum vid. in MEYERI Londorp. contin. I. Tom. II. *Buch* nr. 113. 114. & 115. p. 561. ſqq. inter Galliæ & Angliæ reges ibid. nr. 179. inter Galliæ & Hiſpaniæ reges ibid. III. Tom. 2. *B.* nr. 67. p. 626. De Germania late agit ill. MOSER in Tr. *von Reichstags-Geſchäften.* Lib. VIII. C. 11. §. 14. p. 777. ſeqq.

2) Exempla vid. infra §. VII. conf. b. MASCOV. in Diſſ. de fœd. Commerc. § 18.

3) Conf. ex. gr. de non evehendo extra imperium auro & argento rudi; Rec. imp. Norimb. de 1524. §. 25. Imp. Ferdinandi Ordin. monetalis de 1559. §. 165. porro de prohibita evectione lanæ ſingularem diſpoſitionem R. J. de 1555. §. 135. & 136. & ſubſecutum Reſcriptum cæſar. in LVNIGII *Reichs-Archiv* Part. gen. p. 499.

4) J. P. O. art. VIII. §. 1. Rec. Imp. nov. §. 106. Capit. imper. art. VII. §. 4. verb. *derer Churfürſten, Fürſten und Ständen in dero territoriis zuſtehenden Policeywesen &c.*

5) all. Rec. imp. N. §. all. in verbis: *vernünftige und denen Reichs-Conſtitutionen nicht ungemäſſe Ordnungen &c.*

§. II.

## §. II.

### I. De jure exportandæ annonæ interdicendi ſtatibus imperii competente: A) recenſentur contraria.

Cum ex ipſa jam denominatione *einer Fruchtſperre* ſive prohibitæ omnis, qualiscunque audiat, alienationis atque exportationis frumentorum extra territorium, de qua hoc certe tempore inter omnes optime conſtat, ſatis jam ſuperque appareat, quale ſit ejusmodi interdictum, late ejus deſcriptioni heic immorari equidem ſuperfluum duxerim. Autor egregii illius ſcripti, quod ſub titulo: Pro memoria *die Fruchtſperre betreffend* primo in Circulo Rhenano ſuperiori emiſſum, poſtea in Comitiis cum notis editum diſtribuebatur, eam §. 1. definit: „*das Verboth, Früchte auſſer derjenigen Bottmäſſigkeit, worinnen* „*ſolches angelegt worden, zu verkaufen und auszuführen*„ Primo igitur loco de *ipſo JURE* evectionem frumentorum extra territorii fines, in tanto in primis annonæ defectu ejusque caritate inhibendi agendum, & an etiam dominis territorialibus in eorum territoriis vindicari poſſit, diſcutiendum erit. In utramque enim partem & utrinque quidem non ſine ſpecioſis argumentis diſputari poſſent multa. Ut eorum, quæ in contrariam ſententiam explicari poſſint, primam mentionem injiciam, nihil magis commerciis obeſſe videtur, quam tot in una eademque republica interdicta exportationis annonæ particularia, cum tamen leges imperii, quæ de reſpectu exercitii jurium territorialium circa commercia erga imperium, circulos ſingulaque imperii membra agunt, uno quaſi ore communem fontem agnoſcant LIBERTATEM COMMERCIORUM, uti quidem id ex ſola unius ejusdemque civitatis notione communique totius reipublicæ utilitate promanare videtur. Juvat heic conſtitutiones imperii paucis percurrere, & hanc ipſam theſin de libertate commerciorum ex iis illuſtrare. Antiquiora tempora, cum, permiſſo adhuc jure manuario, paucis continerentur, politiæ jura, & pleræque ejusmodi cauſſæ ab ipſis ſingulis civitatibus 1.) exercerentur, huc parum conferre poſſunt. Ex quo autem, abrogato penitus indomito illo atque turbulento reipubl. ſtatu, interna quies atque ſecuritas reſtituta fuit atque majoris momenti ſenſim enatæ ſunt cauſſæ politiæ, non tantum domini territoriales, amputata civitatum poteſtate, ſibi ſolis pleraque capita vindicare cœperunt, 2.) ſed & ab eodem etiam tempore derivandæ ſunt, quæ per multum annorum numerum de emendanda politia atque introducenda univerſali per totum imperium valitura ejus ordinatione agitatæ ſunt, meditationes publicæ. 3.) In ipſis quidem ſubſecutis politiæ ſanctionibus ab imperio latis, præter pœnas in eos, qui monopolia &c. exercent, ſtatutas aliasque aliquas conſtitutiones, de libertate commerciorum nihil *expreſſe* ſancitur; ſed eo clarius & firmius ea ſtabilitur in legibus imperii fere coævis, quarum verba integra ſeqq. §§. V. & VI. inſerere liceat.

1) Ill. STRUBEN (D. G.) *in ſeinen Nebenſtunden P. I. Abh. V.* §. 3. 4. 5. & *Part. V. XLI.* §. 4.

2) Egregie hoc illuſtrari poteſt ex juris germanici bibliothecis, ex. gr. ex inſigni illa, quæ in elem. jur. germ. SELCHO-

CHOVIANIS Part. I. Cap. III. p. 75. extat. Vix enim, ſi forſan pauciſſimas demſeris, invenietur ordinatio politiæ territorialis pace publica antiquior.

Conf. STRUBEN all. loc. *V. Abh.* §. 5. verb. *Herr Grupe bemerket &c*,

3) HEUMANNI (Joh.) Init. jur. pol. Cap. III. §. 16. *ſ.*

## §. III.

### *De libertate Commerciorum in LL. imperii ſtabilita.*

Prima, quæ non tantum tranſitum omnibus imperii civibus liberum, ſed libertatem etiam negotiationis ſanctam vult, imperii lex eſt pax religioſa de anno 1555. quæ §. 14. clare diſponit: „*Sezen demnach, ordnen, wollen u. gebieten, daſs — kein Stand noch Glied des h. Reichs dem andern, ſo an gebührenden Orten Recht leyden mag, den freyen Zugang oder Proviant, Nahrung, Gewerb, Renth, Gült, Einkommen, abſtrikken noch aufhalten, ſondern in alle wege &c.* Eandemque commercii libertatem, tanquam principem eorum normam & regulam, repetit & confirmat utrumque pacis Weſtphalicæ inſtrumentum 1.) Cum nempe §. 1. „omnia inuſitata onera & impedimenta, qui„bus commerciorum & navigationis uſus deterior redditus eſt, penitus tollantur, §. „2. pergunt ſummi paciſcentes: territoriorum, quæ flumina alluunt, & aliorum quo„rumcunque juribus ac privilegiis in pleno ſuo vigore manentibus & executioni mandan„dis, tum, *ut plena ſit commerciorum libertas & tranſitus ubique locorum, terrâ marique „tutus, adeoque ea omnibus & ſingulis utriusque partis fœderatorum vaſallis, ſubditis „clientibus & incolis, eundi, negotiandi redeundique poteſtas data ſit, virtuteque præſentium „conceſſa intelligatur, quæ unicuique ante germaniæ motus paſſim competebat, quos etiam* &c. &c. 2) Cumque, ut vota pacis Weſtphalicæ felici eventu coronarentur, per annos 1666. 1667. & 1668. de emendanda politia & commerciorum flore in imperio reſtituendo in comitiis deliberaretur, iterum commercii libertas deliberationum & placitorum imperii 3) fons erat. Ita namque audit *das Reichs-Gutachten* 4) dict. Ratisb. $\frac{\text{10. Febr.}}{\text{31. Jan.}}$ 1666. „*daſs zufolge des Inſtr. Pacis und Wideraufbringung derer mit höchſtem Schaden des R. „R. darniederliegenden Commercien Ihro R. K. M. (maſſen auch hiemit beſchiehet) allerun„terthänigſt zu belangen, Sie die allergnädigſte Verordnung zu thun geruhen wollen, da„mit die - nach Anleitung und ausdrücklichen Innhalt gedachtes I. P. art. IX.* §. & quia „publice intereſt &c. *hin und wieder im Reich ermeldten Commercien und gemeinem Nuz „zu Nachtheil mit Gelegenheit des Kriegs — eingeführte oder erhöhete Zölle, Mäuthen „auch alle andere ungewöhnlichen Auflagen, Beſchwerden und Hindernüſſe, wie die auch „Nahmen haben mögen, durch welche die Treibung mehrgedachten Commercien und der „Schiffart deteriorirt worden, gänzlich aufgehebt, abgethan, caſſirt und reſpective reducirt, „und ſolchemnach &c.* & quamvis Collegium civitatum generalibus præcipue illis verbis: *wie die auch Nahmen haben mögen &c.* contradixerit, imperator tamen hoc placitum iisdem verbis & dicto paſſu retento per Decr. commiſſ. 5) dd. $\frac{23}{13}$. mart. 1666. ratum habuit atque confirmavit.

1) J.

1) J. P. O. art. IX. & J. P. M. art. X. ſeu §. 67. & 68.

2) Quemnam huic pacis W. paſſui ſenſum tribuerint tantum non omnes Electores in Collegio Electorali anno 1741. videri poteſt in perill. MOSERI *Anmerkungen zu Kayſers Franciſci I. Wahlcapit.* ad art. VII. §. 7. p. 161.

3) Quorum plurima (quamvis non prorſus omnia) exhibet HENNIGES in medit. ad. I. P. in mantiſſa III. ad art. VIII. §. 3. pag. 1437. & ſeqq.

4) Quod in extenſo videri poteſt *in denen Patriot. Bemerkungen gegen die-ans Licht getrettene Churbayr. Schrift unter dem Tit. Rechtmäſſigkeit derjenigen Churb. Landesverordn.*, — *wollen unter den Beylagen n. II. p. 58.*

5) ibid.

## §. IV.

Tranſeo jam tandem ad capitulationem imperatoris, in qua art. VII. & VIII. varia de politia atque commerciis diſponuntur. Et ſi quidem omnium eorum, ratio indagetur, ea ex eodem principio libertatis commerciorum fluxiſſe apparebit. Ibi namque promittit Imperator: „*die* Commercia des Reichs *zu Waſſer und zu Land nach Möglich-* „*keit zu befördern*, inſimulque ſe nulla conceſſurum eſſe privilegia commerciis contraria §. 3. ſpondet; & ultimus ejusdem art. §us, quamvis de extraneis agat, legitimum tamen huc continet argumentum. Verba ejus ſunt: „*wenn auch in denen benachbarten Lan-* „*den die durch - und Einfuhr und Verhandlung der - im Reich gefertigten Manufak-* „*turen und guter aufrichtiger Waaren verboten ſeynd, oder verbotten werden ſollten, wei-* „*len ſolches der Freyheit derer Commercien zuwider, ſo ſollen u. w. wir uns deſſen Abſtel-* „*lung angelegen ſeyn laſſen; im widrigen aber die Vorſehung thun, daſs andere Waaren* „*aus ermeldten Landen ins Reich zu bringen gleichergeſtalt nicht zugelaſſen ſeyn ſolle*„ Neſcio, an evidentius exiſtere poſſit pro eorum libertate atque favore in ipſa Germania, tanquam una omnino republica, inter ſingula ejus territoria argumentum. Cum enim Germania ab exteris rebuspubl. commercii intuitu nihil jure poſtulare poſſit, niſi quod jura gentium dictitant, & tamen in caſu impediti commercii repreſſaliis uti jubeat, aperte ſatis atque manifeſte inde conſequitur, quod multo magis ſtatus imperii, tanquam unius civitatis membra, ſibi invicem debeant mutuam commercii libertatem; cumque in una civitate non poſſint non exulare prorſus repreſſaliæ, in earum locum ſubſtituendus erit judiciorum uſus.

Quibus omnibus unicum adhuc, qui & aliis de commerciorum obſtaculis imperii legibus lucem affert, addam capitulationis locum, nempe ex art. VIII. „*Gleicher-* „*geſtalt ſ. u. w. wir — §. 6. auch weder am Rhein noch ſonſten einigem ſchiffbarem Strohm* „*im h. Reich keine armirte Schiff-Auslägere, Licenten und andere ungewöhnl. Exactionen,* „oder was ſonſten zu Sperr- und Verhinderung derer Commercien gereichig, verſtat- „ ten, &c.

Ex quibus igitur cum ſatis ſuperque appareat, quantum in impedimenta commerciorum legum imperii ſit odium, & quanto potius eorum libertatem favere proſe-

quan-

quantur, in certo poſitum erit, etiam in dijudicatione poteſtatis ſtatuum imperii circa commercia non poſſe non eandem libertatem commerciorum agnoſci *regulam*.

## §. V.

### *De Obſervantia imperii contraria viſa.*

Iam liceat adhuc alterum, quod etiam contrarium videtur, attingere argumentum, quamvis cum priori connexum. Nimirum ipſa imperii obſervantia illa ſtatuum præſertim inſtituta, quæ proprie ſub voce *Sperren* ex. gr. *Frucht-Salz-Holz-Victualien-Sperren* &c. intelligimus, tanquam commerciorum libertati contraria reprobare videtur. Sæpiſſime enim contra talia inſtituta mandata ſine Cl. decreta leguntur; ex quibus aliquorum tantum caſuum mentionem faciam. Ita ex. gr. jam anno 1605. d. 5. Iul. (atque ita adhuc ante ſancitam *pacem Weſtph.*) ab imperiali camera ad inſtantiam civitatis Ratisbonenſis contra archiepiſcopum Salisburgenſem & Ducem Bavariæ mandatum S. C. 1) decernebatur ſeq. tenoris: „*darumben ſo gebieten — und wollen, daſs ſie — ohne Verzug und Einred geklagtes wirkliches Verkaufs, unziemlichen Ihnen ſelbſt verkleinerlichs handthierens müſſig und abſtehen, das Salz denenjenigen Handels-Stædten und Kaufleuten, denen es von Altershero Rechts- und Gewohnheits wegen zugeſtanden, unverhindert zu Kauf geben und in die gewœhnliche Niederlag zu verführen geſtatten, alle zu ſolchem monopoliſchen fürhaben &c. &c.* Simile mandatum anno 1612. contra *Erneſtum*, marggr. Brandenb. & *Wolffg. Wilh.* comitem palatinum Rheni exiit, nimirum: *ein auf des hochlœblichſten Churfürſtl. Collegii Gutachten und bedenken* 2.) *erkenntes Kayl. pœnal-mandat* 3.) *wegen Abſtellung der Licenten, auch Mühlheimiſchen Baues und Beveſtigung dd. Frankſ.* 2. *Iul.* „1612. in quo expreſſe injungitur: *Gebieten demnach Ew. LL. — bey Pœn* 100. *Mark lœthigen Goldes hiemit ernſtl. und wollen, daſs — darneben auch mehrgedl. Stadt Cœlln mit Sperrung der Victualien und anderer nothwendigen Zufuhr weiter nicht beſchwert- die deme zuwider viel oder wenig ergangenen Befelch gænzlich caſſirt, aufhebet, auch künftig ferner nicht erneuert &c.*„ Quibus unicum tantum adhuc addam exemplum novius, reſcriptum ſc. à Conſilio imp. aulico ad preces comitis Friderici Alexandri de Wied-Neuwied contra Electorem Trevirenſem d. 7. mart. 1743. emiſſum 4.) ſequentis tenoris: „*So wollen Ihro Kayſ. Majeſt. ſich gnädigſt verſehen, es werde der Herr Churfürſt die- in denen Reichs-Sazungen nicht erlaubt allzuweit extendirte Sperr alles Handels und Wandels gegen den Grafen zu Neuwied, deſſen Stadt und Unterthanen von ſelbſten — nachdrücklich abſtellen, mithin ſothane verhängte Sperr, in ſo fern ſelbige weiter geht, als zu Einhalt des- über die von dem Grafen zu Wied veranlaſſt- und von K. M. ihm höchſtens verbottene fliegende Rheinbrücke intendirenden, und dem Erzſtifft Trier höchſtnachtheil. Commercii oder zu Beybehaltung der alten Heer- und Landſtraſſen unumgänglich nöthig ſeyn dürfte, hinwiederum gänzlich aufhebe &c.* Plura alibi videri poſſunt. 5). Mirum igitur non eſt, quod illuſtr. MOSERVS 6) caſibus, in quibus mandata S. C. decerni poſſint, accenſeat

etiam

etiam mandata de non impediendo liberum commerciorum uſum, addito ſimul duplici exemplo.

1) Ill. Fr. Car. de MOSER *Fränk. Crayſsabſch. und Schlüſſe pag.* 121. & 122.

2) Quid inter ipſas de capitulatione imperatoris Matthiæ inſtitutas deliberationes hac de re actum ſit, videri poſſunt *in dem Extract Churſ. Wahltags-Protocolls vom Jahr* 1612. quod MÜLDENERI Capitulationi harmonicæ adjunctum ſub n. 1. pag. ejus 61. & in MOSERI *Anmerk. zu Franciſci I. Wahlcap. II. Anhang p.* 433.

3) In extenſo extat in MEYERI Londorp. contin. & ſuppl. I. Vol. III. *Buch*. n. X. pag. 21. ſeqq.

4) In b. CRAMERI *Wezlar. Nebenſt.* 108. *Th.* pag. 485.

5) ROSENTHAL Cap. V. Concl. 21. n. 5. KLOCK Cap. I. de Contrib. n. 351. Cap. 29. n. 990. Idem Conſ. X. n. 841. Conſ. XLVIII. & XXXVII. MOSER *Nachleſe zu ſ.* Comp. jur. publ. p. 528.

6) *In der Einleitung zum Reichshofraths-Proceſs* 1. *Th.* 1. *Abh.* 11. Cap. §. 85. p. 146. ſeqq.

## §. VI.

Hæc præcipua ſunt & gravia ſane, quæ, cum libertati commerciorum admodum faveant, eamque inviolabiliter coli, & quæ ei contraria ſunt, aboleri jubeant, vix videntur admittere interdicta dominorum territorialium, quibus frumentorum evectio extra territorium prohibetur. Atque id quidem extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod plane non arbitrariam atque vagam ſibi vindicare poſſint domini territoriales commercia reſtringendi licentiam. E contra tamen nec omnem ipſis denegari poſſe eorum libertati limites ponendi poteſtatem, vel ſola docet ab antiquioribus temporibus derivata praxis & obſervantia quotidiana. Optandum igitur foret, ut juſte & accurate regantur fines poteſtatis eorum. Aſt hoc difficile reputaverunt viri in juris publici prudentia parentum loco venerandi. 1) Interim quoad caſum præſentem id tamen expeditum eſt, quod uti legitima, quæ commercia extraneorum, in territorio reſtringendi facultatem tribuit, cauſa eſt publica territorii utilitas (§. IX.) ita certe ex *neceſſitate* proprii territorii extraneos à commercio frumenti excludi atque ita ejus exportationem prohiberi poſſe, aliquibus argumentis jam comprobare ſtudeam ſufficientibus. Neceſſariam autem ducunt evectionis prohibitionem in caſu deficientis frumenti copiæ conſumtioni neceſſariæ ſufficienter reſpondentis & pretii *ideo* nimis aucti, cum alias omnino, ſi principia etiam politica ſpectes, nil magis commendari poſſit, quam negotiationis frumentariæ libertas.

1) Ita ill. MOSERUS *in der Einleit. zum Reichshofr. Proceß* 1. *Th.* 1. *Abh. p.* 146. *Es iſt dieſes, wo &c.*

## §. VII.

*B) argumenta proferuntur, quæ ſtatibus exportationem annonæ interdicendi poteſtatem faciunt. Imum argumentum.*

Proprii, inquam, territorii neceſſitas juſta eſt atque legitima, ob quam evectionem alicujus mercis princeps prohibere poteſt, cauſa. Namque



Pri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0011-9

Primo: ſupponendum eſt, quod, „qualiacunque jura ſupremæ poteſtati circa com„mercia promovenda vindicari poſſunt, ea & ſtatibus imperii *in ſuo cujusque territorio* „negari non poſſint 1) niſi ſcil. leges imperii eorum poteſtatem limitaverint. Quod vero ex jure publico univerſali ſupremæ poteſtati alicujus civitatis id jus omnino tribuatur, non eſt, ob quod dubitari poſſit. (§. 1.) Quid? quod inter liberas gentes, *quamvis de Commerciorum libertate foedera inierint*, res tamen, quæ exportari prohibitæ jam ſunt, *aut in futurum ob propriam ejus inopiam demum prohibentur*, per obſervantiam juris gentium ſint exceptæ, id quod expreſſe teſtatur Mascovius 2) in verbis: „ita & hodie „a libertate negotiandi excipi ſolent in fœderibus merces, quæ hoſtibus ſervire poſ„ſunt. -- Ex alia ratione exportari prohibentur, quorum uſus ſoli provinciæ reſervatur, „quemadmodum in regno Angliæ lana vel terra fullonum, vel quorum ipſa respubl. ſal„tim ad tempus indiget, uti frumenti in inopia annonæ, „ quare etiam verba tractatus Anglo-hiſpanici de 1667. 3) art. 15. addere lubet: „ſi quæ merces aut bona prohibita „è regnis -- alterutrius regis exportentur per populos aut ſubditos alterius, in iſto caſu „ſola bona prohibita, & nulla alia fiſco addicentur, neque aliam præter hanc pœnam „incurret iſtiusmodi delinquens, ni forte è regnis aut dominiis Regis M. Brit. nummos „aut monetam regioni propriam, aut lanam, aut etiam terram, quam vocant fullo„num: ex dominio vero Regis Hiſpan. aurum aut argentum ſignatum vel non ſigna„tum ſubducat aut exportet: in quibus caſibus regionis cujusque hinc inde leges vim „ſuam & effectum debitum obtineant.„ Ex eadem ratione forſan eſt, quod in ſupra all. capitul. paſſu, 4) quo de exteris rebuspubl. agitur, tantum ob prohibita: *Durch- und Einfuhr- und Verhandlung der im Reich gefertigten Manufakturen und guter aufrichtiger Waaren* repreſſaliis uti jubeat capitulatio, non vero ob evectionem mercium ab exteris in imperium interdictam. Cum igitur inter liberas gentes ſalva ſubſiſtere poſſit libertas commerciorum *foederibus* firmata, quamvis quarundam mercium exportatio aut jam prohibita ſit, aut ob propriam ejus indigentiam demum prohibeatur, ſtatibus imperii ob ſolam libertatem commerciorum (quæ non poteſt non, principiis juris gentium *ſimul* in conſilium vocatis, dijudicari) inter ſe invicem *legibus imperii* ſtabilitam non ſtatim per conſequentiam (niſi leges id ſimul expreſſe diſponerent) poteſtatem in caſu neceſſitatis propriæ mercium aliquarum evectionem prohibendi denegari poſſe palam eſt, idque eo magis, quo certius eſt, quod *in dubio* ſecundum ſupra all. ill. Pütteri ſententiam iisdem juribus circa commercia in ſuis territoriis promovenda fruantur, quæ ſupremæ poteſtati alicujus reipubl. tribuuntur.

1) Sunt verba ill. Pütteri in Inſt. jur. publ. §. 326.

2) In Diſſ. de fœderibus Commerciorum. §. XVIII.

3) Ibid. not. 3.

4) Art. VII. §. ult.

§. VIII.

## §. VIII.

### II.) *argumentum.*

Inſigne firmamentum accedit, ſi ſimul principia de recta atque ſana commerciorum inſtitutione *hactenus recepta*, quæ omnino fundamento poni oportet, in conſiderationem vocentur, ſecundum quæ ſc.

Secundo: ea proprie tantum conſtituunt commercii activi externi objectum, *quibus reſpublica abundat*, ut eorum loco neceſſaria, quibus eget, ſubſtituantur, adeo, ut haud pauci ſint, qui ipſi commerciorum definitioni id immiſcuerint. Ita ex. gr. conringius 1) illa medium vocat, „per quod cum in civitate aliqua alter alterius „indigentiam ſua forte abundantia ſupplet, tum, *quae abundant*, ex civitate aliô, aut „quæ deſunt, aliunde in civitatem adferuntur.„ 2) *F. W.* pestel 3) ait: mercium — duplex genus eſt: „alterum earum, *quibus abundans quisque ſe abdicat*, ut ſibi utiliores „vel pecuniam reddat, alterum &c.„ Et autor de l' eſſai ſur le commerce pag. 10. illud ſimpliciter ita definit: „Le commerce eſt l'echange du ſuperflu pour le neceſſaire, quamvis à *Maſcovio* 4) recte ideo reprehenſus. Noviſſime etiam ill. Conſil. int. horix 5) navigationem commerciumque nauticum deſcribens, „navigatio, inquit, — in hunc „usque diem ut unicum medium haberi debet, quo cum populis per aquas a nobis divi„ſis utcunque valeamus communicare, ſuppetias quascunque, & in ſpecie merces — „— utiles nobis comparare & *mercimonia nobis ſuperflua* iisdem afferre.„

Si igitur res in republ. abundantes non dicam unicum, ſed certe *primarium* conſtituunt commercii, quod vocant, activi externi objectum, eæ autem, quibus civitas eget, proprie non poſſint in commercium, niſi paſſivum venire, ſane princeps imperii, qui non niſi ſuperfluum ex. gr. uti in caſu præſenti annonæ exteris imperii civibus concedit, in caſu neceſſitatis autem ejus evectionem penitus prohibet, commerciorum libertatem lædere vix dici poterit.

1) In Diſſ. de commerc. & mercat. §. 8.
2) Conf. etiam gutschmid in Diſſ. de favore commerciorum §. 10.
3) De ſervitute commerciorum §. 1. p. 6.
4) De fœderibus commerc. §. 1. not. 2.
5) De libertate navigationis in imperio rom. germ. in prooem. §. 1. quæ Diſſ. inſerta eſt in b. crameri *Wezlar. Nebenſt. P.* 108.

## §. IX.

### III.) *argumentum.*

Tertio ſtatibus imperii expreſſe permiſſum eſt, in cauſis ad politiam ſpectantibus, adeoque ſine dubio etiam in cauſis commerciorum, leges atque ſtatuta ſecundum utilitatem territorii publicam ordinandi. Ita enim diſponit Rec. imp. nov. §. 106. „ *allſo ſoll* „*es daneben auch gehalten werden, wenn Sachen*, die der bey einem Stand insgemein ein-



ge-

geführten guten Policey — anhangen, *durch appellation an unſer Kayſ. und des h. Reichs*
„*Cammer-Gericht gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Proceſſe erkennt,*
„*jedes Orts Obrigkeit und des* Status publici mit einlauffendes Intereſſe mit ſeinen
„Umſtänden wohl erwegen, *fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibition*
„*leichtlich erkennen, ſondern — an des Orts Obrigkeit*, als die ohne das den Gewalt ha-
„ben, dergleichen Statuta nach Gelegenheit der Lauff und Zeiten, zu widerruffen und zu
„ändern, verweiſen.„ Ex quo juſta fluit conſequentia, poſſe Dominos territoriales ſine læ-
ſione libertatis commerciorum propriis civibus prius de frumentis providere, quam ad extra-
neos ea diſtrahi permittant, atque ita illis quaſi propolium a monopolio ſatis diſtinctum con-
cedere 1) atque in caſu neceſſitatis, ſi frumentorum copia ad ſuſtentandos territorii incolas vix
ſufficiat, eorum exportationi penitus interdicere, quamdiu hæc neceſſitas perdurat. Adeo ex-
tra omnem dubitationem poſita eſt ſana hæc ex all. paſſu conſequentia, ut, ſi obſervantiam
ſpectes, vix exſtitura ſit ulla ordinatio provincialis, in qua hoc ipſo jure non uſi ſint legisla-
tores territoriales. Patet id præcipue & ex propolio & ex jure retractus indigenis plerumque
conceſſis. Ex ingenti talium ſtatutorum particularium abundantia ad duplex tantum ad fun-
dandam imperii obſervantiam provocare liceat exemplum; & primo quidem domeſticum.
Extat nimirum in Ordinatione provinciali Würtenbergica ſingularis titulus *vom Frucht-Kauff*,
in cujus §. 6. ita ſancitum legitur: *wenn auf* Kornmärkten *unſers Herzogthums in den ge-*
„*ſezten Stunden, ſo lang das Fæhnlein ausgeſtekt iſt*, unſere Burger und Unterthanen, in
„ſelbiger Stadt geſeſſen — ihre Nothdurfft gekaufft haben, und *das Fæhnlein widerum*
„*eingezogen und noch Früchten unverkauft bevorſeyn und bleiben werden, ſoll alsdann*
„*mænniglich Ein- und Auslændiſch wer der iſt, der Frey-Kauff zugelaſſen, und die*
„*Einlændiſchen vor den Fremden* alsdann *kein Vortheil haben &c.* §. 9. *dergleichen ſoll auch*
„*keim Fremden geſtattet werden, bey unſern Unterthanen Früchten in den Hæußern aufzukaufen*
*&c.*„ & in eodem hoc ducatu intuitu frumentorum ab adminiſtratoribus redituum utriusque
cameræ vendendorum per ſingulare reſcriptum 3) diſpoſitum eſt, ut demum „*nach verfloſſenen*
„14. *Tagen auch die Auslænder, jedoch mit Vorbehalt der Loſſung für die Unterthanen zum*
„*Erkauf* admittantur. Conformis huic eſt ordinatis Lindavienſis, 4) in verbis: *ſo wird*
„*jedennoch bey Verkaufung und Verhandlung der Weine, Früchten — und andern derglei-*
„*chen Conſumtibilien und Materialien einem jeden Burger und Unterthanen, wenn derglei-*
„*chen Sachen* extra territorium *an Fremde und Auswärtige verkauft werden, das Zug-*
*oder Næherrecht ſolang, bis die verkaufte Waare abgefürt wird, geſtattet, ſonſten aber*
*nicht.*„ Cum igitur domini territoriales ſubditis extra caſum neceſſitatis tantas concedere
poſſint prærogativas, ex eadem ratione atque juſta omnino analogia multo magis, ſi ipſa
respublica annonæ penuria laborat, ejus evectioni prorſus interdicere poſſunt.

1) Propolia nunquam INDISTINCTE in LL. imperii inter illicita negotia referuntur. conf. ex. gr. Ref. pol. de 1548. Tit. *die Monopolia und* ſchædliche, *Fürkæuf belangend &c. R. I. de* 1555. §. 135. verb *zu Abſtrikung* des groſen Misbrauchs eigennüzigen *Vorkaufs &c.* & § 136. iterum: *daß deſſen doch*

*doch unangeſehen* der ſchædliche und verderbliche Misbrauch *des Vorkaufs überhandnehme;* porro Ref. pol. de 1577. Tit. 18. §. 1. ib. *wiewohl die* monopolia, gefährliche - und ungebührliche *Fürkauf &c.* conf. GRASS de propol. juſte prohibito, §§. 3. ſeqq. & §. 9.

2) Conferri meretur Car. Chriſt. JAEGERI Diſſ. ſub Præſ. Exc. atque Conſ. D. D. KAPFFII, Patroni longe colendiſſimi habita de retractu rer. mobil. ubi plura exempla etiam de frumentis occurrunt §. IX.

3) conf. HOCHSTETTERI Extract *der General-Reſcripten* de anno 1735. pag. 55. & 56.

4) *Saz und Ordnung von dem Anſtand-Zug- oder Näherrecht* §. 28. De tali limitatione evectionis frumenti in ducatu Meklenburgico vid. *Meklenburgiſche Policey-Ordnung de* 1572. Tit. *von ſchædlichen Fürkäufern* §. *wir wollen aber gleichwohl &c.*

## §. X.

### *IV. & Vtum argumentum.*

Tertium hocce argumentum, quod in ipſa ſanctione legali nititur, ſatis perfulcitur QVARTO: quod nullibi in ulla lege imperii illud ipſum jus ſæpe dictum ſc. in caſu neceſſitatis, de quo mihi diſſerendum eſt, reperiatur denegatum. Quamvis enim libertati commerciorum generaliter proſpiciant leges imperii, ex eo tamen ad detrectationem hujus juris non procedere conſequentiam ex §. VII. & VIII. patet; & quamvis etiam generaliter impedimenta commerciorum prohibeant, atque ſublata velint, id tamen non indiſtincte atque ſine limitibus deprehenditur, ſed in Inſtr. P. Weſtph. expreſſe tantum *inuſitata* commerciorum impedimenta & quæ *belli tempore* irrepſerunt, tolluntur, eademque limitatio etiam placito imperii de 1666, (ſupr. §. V.) per verba: *mit Gelegenheit des Kriegs eingeführte &c.* &: *auch alle andere* ungewöhnlichen &c. addita eſt; atque interdum per ejusmodi impedimenta tantum injuſtæ exactiones &c. intelliguntur. E contra leges imperii, cum libertatem commerciorum inter ſingulos imperii cives inter ſe invicem regulam ponunt, expreſſe jura quorumcunque ſalva volunt. In articulo enim P. W. IXno duplici vice hæc clauſula addita eſt contra nimiam extenſionem, in verbis: „ territoriorum, quæ flumina alluunt, & aliorum quorumcunque juribus ac privilegiis — in pleno ſuo vigore manentibus,„ & in fine ejusdem art. poſt confirmatam commerciorum libertatem & eundi, negotiandi redeundique poteſtatem iterum additur: „ hac conventione, ut & IVRE LEGEQVE CVJVSQVE LOCI PER OMNIA SALVIS. „ Sub quibus clauſulis absque omni dubio primo loco comprehenduntur Iura ſtatuum imperii *regalia* in ſuis territoriis circa commercia, in primis autem ea, quæ ante bellum iſtud tricennale exercere jam conſueverant.

## §. XI.

### *VItum argumentum.*

SEXTO jam & ultimo quidem loco adhuc addendum eſt, quod ipſa etiam eaque inveterata imperii obſervantia tantum abſit, ut iſti juri dominorum territorialium contraria ſit, ut potius illud inſigniter ſtabiliat, atque confirmet. Supra quidem (§. V) triplex pro-

tuli

tuli exemplum ſublatarum per mandata S. C. legum territorialium, quibus mutuum Commercium cum aliis ſtatibus merciumque in eorum ditiones exportatio prohiberi voluit. Verum, ſiquidem hæc aliaque omnia ejusmodi exempla recte perpendantur, non adeo difficilis erit eorum reſolutio, cum *dergleichen aufgehobene Landes-Sperren* ſemper aut ex odio in alterum imperii ſtatum, aut ex adfectata nimia utilitate privata cum aliorum damno conjuncta promanaverint, aut plane pactis inter utrumque initis contraria fuerint; quibus caſibus omnino contra talem commerciorum eorumque libertatis læſionem non poteſt non in promtu eſſe judiciorum imperii uſus. Quantum autem quantum ſit vetus illud in ſpuria ejusmodi inſtituta vel unius civitatis notioni inimica legum imperii odium id tamen nullo modo ad ea ex. gr. annonæ evehendæ interdicta, quæ veram fundamento habent proprii territorii neceſſitatem applicari poteſt, quorum potius cauſam agit in dubia perantiquæ originis obſervantia. Ut enim taceam, *curam importandorum atque exportandorum* ipſas adhuc civitates olim exercuiſſe; 1) plenam ejus rei fidem atque teſtimonium facit, quod jam an. 1403. Hermannus Haſſiæ Landgravius ob neceſſitatem propriarum terrarum hoc ipſo jure evectionem adoris prohibendi uſus — quid? quod, cum archiepiſcopus Moguntinus coram Imperatore Ruperto querimonias ideo moveret, *oppoſita propria ejus indigentia*, ab imperatore in eo defenſus perhibeatur. 2) Cui unicum adhuc ejusdem auctoritatis ejusdemque vetuſtatis exemplum addam Suevo-Halenſe, 3) quod ſine dubio ex archivo ejus civitatis prodiit, & ſequentis eſt tenoris: *Verbot Traids und gemerz halb In der Stat und auff dem Landt. Uff Montag vor allerhailigen Tag Ao. 97. hat ein erber Rat verlaſſen und in all Handtwerck auch auff das Landt an all ort ernſtlich der Meynung ze ſagen und ze gebieten bevolhen daß niemant ainich Traid ainichem Fremden oder Auſſmann zu kauffen geben noch verkauffen ſollen Sonder allein denjhenen die Eins Raz oder ir oder den ire zu verſprechen ſten on Geverd. — Doch iſt in hirinen zugelaſſen das einer auſſerhalb der Zent wol Traid kauffen und das uffſchütten mag Das er es doch nit wider hinauſſ verkauff Sonder es damit inhalt des gemechts halt.*

Hoc ipſum jus, quoties id neceſſe fuit, ſibi vindicarunt atque exercuerunt domini territoriales, adeo, ut in multis ordinationibus politiæ interdicta evectionis quarundam mercium in perpetuum plane ſancita reperiantur. Extant, ut vel unicum proferam exemplum, in corpore conſtitutionum regio holſaticarum 4) plures, quibus ligni exportatio prohibetur, conſtitutiones de annis 1550. 1575. 1598. 1695. 1720. 1721. & 1744. ex quibus tantum verba conſtitutionis de 1695. inſerere liceat ſequentia: *wann aber dergleichen unziemlicher Holzhandel und dabey vorgehendes verfahren — in die Længe unzweifentlich eine generale Verwüſtung der Holzung nach ſich ziehen, mithin zum hœchſten Nachtheil dieſer Lænder und deren Eingeſeſſenen gereichen würde — als conſtituiren — wollende, daß von dato dieſer Publication an keinem Ort auf dem Land in dieſem Herzogthum Hollſtein — jemanden vor Fremden und Auslændiſchen Nationen ſolle verſtattet ſeyn, einiges Brenn-oder Bauholz von unſern Unterthanen — an ſich zu kaufen und aus dem Lande abführen zu laſſen &c.*

&c. 5) patet autem hæc obſervantia imperii etiam ex multis conventionibus principum cum ordinibus provincialibus initis ad imperatoribus confirmatis, in quibus ſæpiſſime multa de importandis atque exportandis mercibus reperiuntur diſpoſita 6)

1) quæ ex. gr. in ſtatutis civitatis Eimbecenſis eorum intuitu diſpoſita ſint vid. Ang. de WERDENHAGEN de rebuspublicis hanſeaticis edit. amſtel. in 32. pag. mihi 216.

2) Jargow *von den Regalien* Lib. I. Cap. VII. §. 16. p. 285.

3) Ex Diſſ. ſub illuſtr. Domini D. HOFFMANNI, patroni pie venerandi, præſidio habita à Frid. Laur. HASPEL de centena ſublimi Suevo-Halenſi in ſupplementis.

4) Corp. conſtit. regio-holſat. I. *Th. 4te Abtheilung von der Handlung und Schiffarth* nr. V. VI. VII. VIII. IX. XII. XIII. XIV. pag. 669. ſeqq.

5) Plura dantur ejusmodi exempla; conf. de prohibita equorum evectione MYLIVS in corp. conſtit. magdeb. P. III. nr. IX. LXXXVII. LXXXVIII. de pellibus non evehendis ibid. nr. LXXXVI. lanæ exportationem prohibet *Churfürſtl. Sächſiſche Lands-Ordn.* rubr. *von Brauen, Schenken und andern bürgerl. Handthierung auf dem Land* fol. 85. all. *in Stiſſers Landwirthſchaft* p. 213. & de prohibita vervecium macrorum ex terris brunswicenſibus exportatione *Gandersheim. Receß* de 1601. §. *fürs ein und fünfzigſte* &c. Duplex exemplum *von Fruchtſperren*, infra occurrit §. XXIX.

6) Exempla vid. infr. §. XX.

## §. XII.

Adeo expedita eſt hæc ipſa imperii obſervantia, ut & ab ipſis imperatoribus ſæpius tanquam genuinum prohibendæ evectionis fundamentum agnita ſit deficiens alicujus mercis in territorio copia ſufficiens. Patet id ex declaratione Imperatoris Caroli VI. quæ apud MOSERUM 1) extat, an. 1714. imperio facta: *es ſeye zu allen Zeiten unverwehrt, die Ausfuhr derjenigen Sachen, woran das Land keinen Ueberfluß habe, zu verbieten &c.* Præſertim quoque notabile eſt, quod Electori Trevirenſi in caſu ſupra §. 7. all. abrogatio *der Sperre alles Handels und Wandels* tantum ſub conditione, *in ſofern ſelbige weiter geht, als zu Einhalt des -- -- dem Erzſtift Trier höchſtnachtheiligen Commercii oder zu Beybehaltung der alten Heer- und Landſtraſſen* unumgänglich nöthig *ſeyn durfte &c.* injunctum ſit.

Plurimum firmitatis huic obſervantiæ accedit per noviſſimum ejus in utroque anno præterito exercitium, cum fere in omnibus territoriis eodem jure uſi frumentorum evectionem prohibuerint domini territoriales, quod adeo inter omnes conſtat, ut verba de eo facere in irritum cadat. Id tamen non omni ſilentio præterire poſſum, quod, cum contra Electorem Bavaricum ob gravatam atque impeditam ſibi coemtionem ſuarum neceſſitatum quererentur legati comitiales, per ſubſecutum reſcriptum cæſareum dd. Lunæ 11. Jun. 1771. tantum ei imponatur: *ohne allen Verzug die* - gegen die Reichsverſammlung und die Reichsſtadt Regenſpurg, *als derſelben dermaligen Wohnſiz* (non autem *plene*) *zur Ungebühr angelegte Vertrags widrige Getrayd- und Victualien-Sperre wieder aufzuheben &c.*

Eadem-

Eademque limitatio etiam in reſcripto ulteriori, quod Sabbathi 27. Jul. 1771. emanavit, repetita legitur. Cumque, de quo mox pluribus dicendi locus erit, in comitiis imperii *von Aufhebung der Particular-Sperren im Reich* deliberationes inſtituerentur, tantum abfuit, ut per placitum imperii d. 10. Febr. dictatum aut per decretum Commiſſionis cæſareæ ratificatorium dd. 28. febr. ej. anni ea ipſa poteſtas ſtatibus imperii denegaretur, ut potius utrumque teſtis ſit de eadem iis indubie competente locupletiſſimus, *primamque imperii legem conſtituat, quæ* expreſſe, *quamvis implicite paululum, eandem poteſtatem ſtatibus aliisque dominis territorialibus tribuat.* Digna igitur omnino ſunt ejus verba, quæ integra quoad paſſum concernentem inſerantur. Propoſitis nempe Imperatori ad temperandam calamitatem variis mediis pergunt, curam tollendorum interdictorum evectionis particularium circulis imperii demandandam fore, ut conſilia capiant, „*wodurch aus einer - unter ermeldten Reichsſtänden vorwaltenden ſocietätsmäſſigen Rukſicht dergleichen- Sperren zu ihrem eigenen und der benachbarten, ja des ganzen Reichs Beſten entweder allgemein, oder in jedem Creyſs gegeneinander aufzuheben, oder wenigſtens*, ſo viel es der Stände und derſelben Landen und Unterthanen eigene Bedürfniſs und Nothſtand, und die dafür zu tragende landesherrliche Vorſorge leiden, zu modificiren &c. Idemque placitum ab imperatore ratum fuit habitum & hæc cura circulis per ſingulares litteras ad principes convocantes datas ab ipſo concredita.

1) *von Reichstags-Geſchæften* 10. *B.* 3. *Cap.* §. 10.

## §. XIII.

Ex quibus omnibus ſatis jam ſuperque apparet, libertatem quidem commerciorum, quam tanto favore proſequuntur imperii leges, regulam omnino conſtituere, adeoque dominos territoriales neque illegitimis vectigalibus aliisque exactionibus, neque aliis inuſitatis oneribus & impedimentis eam tollere, multo minus ex odio adverſus vicinos aut ob privatam utilitatem 1) cum aliorum detrimento eandem tollere poſſe; attamen nec ipſis denegari poſſe poteſtatem, utilitatem civium commodis extraneorum intuitu commercii ex. gr. frumentarii præferendi, ex quo eosdem etiam, exigente id publica *utilitate* atque *neceſſitate* ſubditis quaſi propolium frumentorum præ exteris concedere & ſi eorum copia ad ſuſtentandos proprios cives neceſſaria ſit, eorum exportationi, interdicere poſſe, aperte fluit.

1) Uti ex voce, quæ ſæpius in LL. adhibetur: eigennüziges *Bauweſen*, eigennüziger *Fürkauf &c.* ſatis apparet.

## §. XIV.

### *II.) De ejus ſubordinatione A) ſub imperatore & imperio.*

Cum igitur indubium ſit ſæpedictum dominorum territorialium jus, jam *de ejus ſubordinatione ſub imperatore & imperio* quæſtio oritur, cujus disquiſitioni paucis, quæ no-

noviſſime in comitiis imperii ea de re agitata ſunt, præmittam. Duplicis potiſſimum generis ſunt, quæ occaſione caritatis atque defectus annonæ inſtitutæ ſunt, deliberationes. Partim enim de civitate Ratisbonenſi ſufficienti frumentorum copia, præſertim ex ducatu Bavarico, inſtruenda ſollicitus erat conventus comitialis, partim vero de moderanda totius annonæ caritate & penuria conſilia cepit atque concluſa. Tantum autem temporis conſumſerunt prioris generis deliberationes, ut poſterioribus nihil fere amplius ſupereſſe & de ejusmodi inſtituto univerſali deſperare quaſi viderentur legati comitiales. Quamvis enim ſemper de eodem ſimul cogitaverint & jam die XI. Jan. 1771. à Legato Bada-Durlacenſi propoſitum fuerit: „*daß in einigen Gegenden von Teutſchland die zuverläſſige Beobachtung gemacht vvorden, wie die dermalige Theurung gröſtentheils von der-aller Orten verhængten Sperr der Stænden unter ſich entſtanden, vveſshalben ræthlich ſeyn dürfte, bey den allerſeitigen Principalſchaften dahin anzutragen, ſothane Sperren unter ſich gænzl. aufzuheben, und ſolche nur ganz allein gegen die ausvværtige Staaten und Lande beyzubehalten*„ & quamvis legationes hoc ipſum conſilium acceptaverint, totus tamen effectus in hoc uno conſtitit, ut poſt aliquod tempus legatus Saxo-Gothanus & Altenburgenſis conformem plane ſententiam declararet, eandemque ſcriptam exhiberet. Tandem autem menſe Novembris poſt ferias elapſas majori cum ſucceſſu aliquatenus mutari cepit conſilium. Cum enim antea maxime de prohibitionibus illis penitus & abſolute tollendis deliberandi mens eſſet, jam plenam earum abrogationem non adeo facilem judicarunt, atque ideo de medelis facilioribus adhibendis & præcipue de cura levandæ annonæ & revocandarum, quibus evectio illius ex ſingulis territoriis prohibita fuit, legum particularium *circulis* committenda convenerunt. Quod ipſum, cum d. XIV. Nov. anni præt. à legato Moguntino, „*weil leicht abzuſehen ſeye, daß etwas allgemein verbindliches von Reichswegen weder zu einem Schluß, noch zu einer Vollziehung zu bringen ſeyn dürfte*,„ proponeretur, legati comitiales ſe mox mandatis ideo ſeſe inſtruendos curaturos eſſe ſpoponderunt. Ipſa igitur deliberatio in fine menſis Januarii ſecuta eſt, poſtquam plurimi jam legati in projectum (quod vocant) *eines Reichs-Gutachtens*, à directoriis conceptum in *circulo* conſenſerant. Cum igitur in collegiis de eo in forma deliberaretur, in ſenatu principum eminenter majora illud ſtatim adprobarunt, quamvis alii, ſed pauci tantum, *der Aufhebung derer Particular-Frucht-Sperren* ideo, quod ad jura ſingulorum ſpectent, quam maxime contradixerint; in electorali autem collegio, cum Colonienſis, Saxonicus & Palatinus diſſenſerint; Bavaricus autem & Brunsvicenſis ob deficientem inſtructionem ſe non immixturos eſſe declaraverint, paulo difficilior res ab initio videbatur, usque dum Palatinus revocato priori ſuffragio d. V. Febr. placito illi acceſſit; quo ipſo per vota Mog. Trev. Boh. Brand. & Pal. ſuffragiorum pluralitas in liquido conſtituta fuit; cumque dein & civitatenſe collegium aſſenſerit, placitum imperii plane ſecundum tenorem illius projecti, addita tantum ex monito auſtriaco ſpeciali mentione *derer vorliegenden Crayſe*, conficiebatur. Concernit illud ſecundum ejus inſcriptionem 1) „*die*



*Ver-*

*Verfügung einer allgemeinen Getrayd-Sperre gegen Auswärtige und* 2) *Aufhebung der Particular-Sperren im Reiche, auch* 3) *Beförderung der Ein- und Durchfuhr der Früchte;* „ & per ſubſecutum Decretum Commiſſ. Cæſareæ legis vigorem accepit, vi cujus cura ejus rei circulis commiſſa, iisque, ut de deliberationibus & concluſis circularibus Imperatorem mox certiorem faciant, injunctum eſt.

## §. XV.

Ex tribus illis conſultationum comitialium objectis (§. ant. in fin.) cum mihi de jure territoriali frumentorum evectionem prohibendi ejusque ſubordinatione ſub imperio ſermo ſit, membrum Imum hujus loci plane non eſſe palam eſt; cumque de tertio infra dicendi locus erit, reſtat adhuc ſecundum, an imperio territorialia annonæ ſufflamina reſtringendi aut tollendi jus ſit? Quam ipſam quæſtionem penitus affirmare nullus dubito. Uti namque certiſſima ſunt, quæ ill. PÜTTERUS 1) tradit, „quod ex generali nexu imperii cogitari poſſint, qui univerſam ſuperioritatem territorialem circumſcribant limites, „ *iique & novi novis legibus imperii addi poſſint,*„ ita multo minus dubium eſt, quin, ſi publica totius imperii utilitas aut neceſſitas id expoſcat, quivis imperii civis, quodvis membrum privatam ſuam utilitatem, qualis etiam reſpectu totius reipublicæ germanicæ eſt publicum alicujus territorii particularis emolumentum, neceſſitati totius reipublicæ poſtponere teneatur. Si igitur ſaluti totius imperii publicæ, quæ omnino tanquam ſuprema lex veneranda eſt, per earum abrogationem bene conſuleretur, & ex. gr. aliud territorium ob evectionis prohibitiones ad inopiam atque ruinam redigeretur, vel fame foret periturum, absque omni dubio ab imperio obſervata in collegiis pluralitate votorum tolli poſſunt. Inde etiam in deliberationibus comitialibus plenam abrogationem *derer Fruchtſperren* multi ſuis ſuffragiis directe ſuffulſerunt. Contradicentes 2) autem eo potiſſimum fundamento nitebantur, quod ſubſint jura ſingulorum, adeoque votis majoribus diſſentientes non teneantur. Verum hanc provocationem ad jura ſingulorum hoc caſu ratione deſtitui, vel ex hoc uno patet, quod jura ſingulorum, ut termino legali utar, ea ſint, *in quibus ſtatus imperii tanquam unum corpus conſiderari nequeunt.* 3) Quis vero dixerit, hoc caſu ſtatus tanquam unum corpus conſiderari non poſſe, cum tantum de reſtrictione exercitii alicujus juris regalis *omnibus ſtatibus communis* eaque omnibus imponenda & lege univerſali ob publicam utilitatem ferenda ſermo ſit. Quamvis enim utilitati unius alteriusve ſtatus imperii non adeo quadraret abrogatio *derer Landes-Frucht-Sperren*, ab eo tamen ad excluſionem auctoritatis majorum numero ſuffragiorum plane non derivari poteſt conſequentia, cum ſollicite inter *jura ſingulorum* & *utilitatem ſingulorum* imperii ſtatuum diſtinguendum eſſe perſuaſus ſim. In caſu præſenti jura ſingulorum plane non adeſſe ſtatim patet ex explicatione eorum, quæ in *ſacra libertatis anchora* 4) datur, ab ill. MOSERO 5) etiam adoptata. Ita nempe definiuntur hæc jura: „ſat enim clarum atque indubium mihi videtur, in illis negotiis ſtatus tanquam unum

„ cor-

„corpus conſiderari debere, quæ *æqualiter omnes ſimul* ut membra unius corporis tangunt, eorum bonum (vel malum addit MOSERVS) *commune* concernunt & ab *omnibus* „*ſimul* ut uno corpore expediri debent. Hæc namque eſt forma reipubl. germ., quod „*communia* imperii negotia, ubi *æqualiter omnium* intereſt, quæ actus totius corporis ſunt, „prævia conſultatione & conſenſu ſtatuum expediri debeant, atque tum rationi & æqui„tati conſonum eſt, ut major numerus prævaleat minori. Ubi vero negotium non „omnes ſimul æqualiter tangit, ubi bonum inde reſultans non in omnes æqua propor„tione redundat, & ubi non ab omnibus communi nomine expediri debet, ibi ſane ſtatus „ut unum corpus conſiderari nequeunt. *Conſtat enim ſtatibus peculiaria eſſe jura uſu ac* „*legibus quæſita, in quæ ceteris conſtatibus nullum jus eſt; quæ proinde per majora nemini* „*adimi poſſunt.* Cum numquam ea mens fuerit unionis ſtatuum in unum corpus, ut cete„ris poteſtas eſſet jura cuiquam ſua adimendi, ſed ut omnium & ſingulorum jura com„muni tuerentur. *Hæc ſunt jura illa ſingulorum*, quæ ſtatus, quibus competebant, ſæ„pius proteſtati ſunt ceterorum arbitrio non eſſe ſubjecta„ Ut exempla jurium ejusmodi addantur, id quidem ſecundum ill. Joh. Jac. REINHARDVM 6) certum eſt, quod ſi imperium in duas partes abeat inter ſe invicem de ſuis juribus litigantes, (uti controverſia illa de capitulatione cæſarea inter collegium electorale & ſenatum principum oborta exemplo eſſe poteſt) aut de unius alteriusve ſtatus juribus ad corregimen univerſi aut ſtatum imperii publicum (*Staatsverfaſſung*) ſpectantibus inter aliquos ſtatus diſceptetur, ex. gr. de juribus archicancellariatus aut directorii comitialis Moguntini &c. quod inquam, tum vera adſint jura, in quibus ſtatus imperii tanquam unum corpus conſiderari non poſſunt. Tertiam claſſem IDEM addit: 7) ſi cui ſtatui aliquod jus, quod ipſi à nemine in dubium vocatur, ob ſolam commoditatem (*Anſtændigkeit*) 8) auferri vult. Verum nec ſub hac claſſe materia, in qua verſamur, poteſt comprehendi, cum a) non de *auferendo* aliquo jure, ſed tantum de reſtringendo alicujus juris regalis exercitio, quod b) non uni alterive ſtatui proprium, ſeu ſpeciatim quæſitum, ſed omnibus commune eſt, idque c) non ex ſola commoditate, ſed ob utilitatem totius imperii quæſtio ſit. Tantum abeſt, ut hoc caſu ſtatus imperii tanquam unum corpus conſiderari nequeant, ut potius ipſum vinculum ſocietatis civilis non ſubſiſtere poſſet, ſi publica totius imperii utilitas, quamvis etiam ſuperioritatis territorialis reſtrictionem expoſcat, voluntati atque conſenſui dominorum territorialium quaſi ſubordinata foret.

1) in Inſt. jur. publ. §. 200.

2) Nempe ſuffragium Monaſterienſe, Bambergenſe, Herbipolitanum, Spirenſe & Weiſſenburgenſe, demtis iterum, quæ poſtea revocabantur & placito imperii adhuc accedebant, votis palatinis.

3) J. P. W. art. V. §. 52.

4) apud MOSERVM *in ſ. groſſen t. Staatsrecht* Lib. 48. p. 389.

5) ib. p. 533. & ſqq.

6) *in ſeinen juriſt. u. hiſtor. kleinen Ausführungen Tr. IX. §. XIV. not. i.*

7) all. loc. pag. 22. & 29.

8) p. 22. addit *oder anderer Urſachen*, ſed p. 29. ſimpliciter mentem ſuam ita explicat: *wenn einem Stand ein ihme unſtreitig zuſtehendes Recht* blos von wegen der Anſtændigkeit *entzogen werden ſoll*, ex quibus ſatis patet, utilitatem certe atque neceſſitatem ipſius imperii ſub eadem regula non comprehendi poſſe.

## §. XVI.

### *B) de ſubordinatione derer Landes-Frucht-Sperren ſub poteſtate circulorum.*

Uti igitur imperio ejusque univerſali politiæ ſubordinata ſunt ſæpe dicta ſtatuum imperii in ſuis territoriis inſtituta, ita nec *circulis* hoc caſu, ſalvis autem, cum iis ſine dubio & circuli ſubſint, imperii legibus, ſtatuendi omnis denegari poteſt facultas. Et Imo quidem per frequentem obſervantiam explicitum eſt, quod, quamvis univerſum imperium acquieſceret, circuli tamen, prout id ſtatus eorum publicus & arctior ille, quo, inprimis eorum intuitu, de quibus omnium ſtatuum circularium intereſt, continentur, nexus expoſcit, ad communem ejus utilitatem promovendam de prohibitione exportationis annonæ ex toto circulo deliberare poſſint atque concludere; neque dubium eſt, quin omnes quoque ſtatus circulares, obſervata ſuffragiorum pluralitate, ſtare teneantur ejusmodi concluſo. Satis hoc patet ex iis, quæ ad probandam hancce obſervantiam ill. MOSERVS 1) protulit, ut iis nihil plane, quod addendum foret, neceſſe videatur; Æque certum eſt 2do, quod plures etiam circuli inter ſe invicem communi conſilio deliberationes inſtituere poſſint de communi evectionis annonæ interdicto & 3tio, quod ejusmodi inſtituta circularia non tantum contra exteras gentes, ſed contra alios quoque circulos dirigi poſſint, uti 4to eis etiam inſtituta ejusmodi circularia iterum tollere ſalvum erit. Cum vero mihi præcipue de nexu *derer Landes-Frucht-Sperren* cum circulis dicendum ſit, reſtat adhuc quæſtio principalis, an ſc. 5to tanta ſit eorum poteſtas, ut inſtituta illa dominorum territorialium particularia per *majora*, tanquam ordinarium in circulis deliberandi modum 2) tollere poſſint? & R. cum circuli exercitio ſuperioritatis territor. limites atque modum ponendi non majorem ſibi poteſtatem tribuere poſſint, quam ipſis aut per leges imperii ejusve obſervantiam data eſt, hanc ipſam quæſtionem prorſus negandam & ad eum effectum unanimem conſenſum neceſſarium fore arbitror. Primaria enim inſtituti circularis ratio legibus imperii definita eo usque ſe plane non extendit; & quamvis certum ſit, quod inſignia hactenus per obſervantiam & noviores leges incrementa ceperit eorum poteſtas, tantum tamen juris circulos unquam ſibi vindicaſſe ex actis circularibus erui non poterit. Contrarium potius patet ex receſſu conventus circularis franconici 3) dd. 9 (19) ſept. 1645.; ubi verba §. 9. ita ſonant: *obwohlen bey dieſer Verſammlung des h. R. R. Stadt Rothenburg mit einem Memorial Lit. V. einkommen, und darinn bey jezig ihrer Noth*, um künftige Verſchonung und Aſſiſtenz mit Früchten gebetten, die Hhn. Abgeſandte auch mit ihro ſonderbare Condolenz getragen, haben ſie doch, weilen der Zeit ein jeder Stand mit ſich ſelbſt genug zu thun, NB. wider Willen nichts eingehen noch verwilligen kœnnen &c. ut adeo integrum omnino ſit ſtatibus, *die Particular-Frucht-Sperren* etiam in alios ſtatus circulares nihilominus continuare, uti nec ſublato iterum inſtituto circulari, negari ipſis poterit, prohibitionem evectionis ex ſuis territoriis pro eorum neceſſitate perſeverandi facultas. Eodem Jure uſi ſunt etiam noviſſime. Quamvis

enim

enim per litteras patentes dd. Ulm 23. mart. ai. pr. in circulo ſuevico annonæ exportatio prohiberetur, ſinguli tamen ejus ſtatus in ſuis territoriis inſtituta particularia ideo non ſuſtulerunt. Quanta in præſenti caſu ſit circulorum in ſingulos eorum ſtatus poteſtas, ex concluſo dd. 7. febr. h. anni per ratihabitionem cæſaream legis vigore donato ediſci debet, ubi ea res ita proponitur: *damit allerhœchſt dieſelben bey denen Reichs-Crayſſen und beſonders denen vorligenden diſſfalls die durch gemeinſame Berathſchlagung oder Vernehmen zwiſchen denen zu jedem Crayſſe gehörigen Stænden — feſtzuſtellender Masnehmung veranlaſſen mæchten, wordurch — dergleichen Particular - Sperren, entweder allgemein oder in jedem Crays gegen einander aufzuheben, oder wenigſtens, ſoviel es der Ständen und derſelben Landen und Unterthanen eigene Bedürfniß und Nothſtand, und die dafür zu tragende Landesherrliche Vorſorge leiden, zu modificiren. &c.*

1) *im groſſen teutſchen Staats-Recht* 32. *th.* 3. *Buchs* 154. *Cap. pag.* 112. *ſqq.* §. 15. 16. 17. *ſqq.* ubi etiam theſin 2. 3. & quartam in obſervantia fundatam eſſe patet.

2) R. I. Auguſt. de 1559. §. 44. Rec. imp. de 1555. §. 68. 69.

3) perill. Frid. Car. de MOSER *Samlung der Fränkiſchen Crays - Abſchiede &c.* p. 264.

## §. XVII.

### *III. Applicatio eorum, quæ hactenus dicta ſunt, ad nobilitatem imperii immediatam.*

Ad *nobilitatem imperii immediatam* quod attinet, nemo erit, qui eadem, quæ ſtatibus imperii tanquam dominis territorialibus ſupra aſſerui, jura eidem & ſingulis ejus membris in eorum pagis & ditionibus in dubium vocet, ſive vera ipſis tribuatur territorialis ſuperioritas, ſive eis, conceſſa tantum, ut vocant, jure territorii, invideatur ſplendida hæc atque ampla denominatio. Sufficit, omnia & ſingula ſtatuum, tanquam dominorum territorialium jura regalia, quæ qualitatem ſtatus non requirunt, nec illis denegari poſſe. 1) Et eodem plane modo ea etiam, quæ circa inſtituta ejusmodi à dominis territorialibus exportationis annonæ interdicta univerſo imperio competunt, jura ad nobilitatem etiam immediatam penitus ſunt adplicanda.

Utrum autem circulorum quoque concluſis intuitu prohibitæ exportationis frumentorum obtemperare debeant nobiles in ſuis ditionibus? in litteris imperatoris *an die ſæmtliche Crayß - ausſchreibende Fürſten* ita in fine legitur definitum: *zu dem Ende wir denn auch unſere der Orten gelegene Kayſſerliche und unmittelbare Reichs - Ritterſchaft ebenfalls dahin gnædigſt angewieſen haben, daß ſie ſich mit der von Crayſes - wegen der Sachen halben, treffenden Vorkehrungen* zeitlich einvernehme, *und die erforderliche Verfügungen gleichfœrmig ihres Orts einführe und befolge.* Ex ipſis tamen hisce verbis ſponte fluit, quod regulariter ad obſervanda circulorum concluſa in hac cauſa non obligata ſint immediata imperii nobilitas aliaque corpora immediata, quæ in ſyſtemate circulari non continentur; quod ipſum etiam indubia atque inveterata plane obſervantia conſtanter teſtatur, quam ut unico tantum exemplo antiquiori illuſtrem, verba receſſus circuli fran-



co-

conici 2) de menſ. Dec. 1574. inſerere liceat: „*als auf jüngſtem zu Nürnberg d.* 14. *Sept. d. abl. Jahrs* wegen der hochbeſchwerl. Theurung des lieben Getrayds — — *dahin, auf daß eine durchgehende rechtmäſſige Gleichheit beydes bey den benachbarten Crayſen, der geiſtl. Ständen ehrwürdigen Dhom-Capiteln* und bey der löbl. Ritterſchafft *der* 6. *Ort in Franken gehalten, ſolches auch mit Ueberſchickung der Abſchieden,* und bey etlichen, als der Ritterſchafft mündl. geworben, geſucht — *beabſchiedet worden*„ Neque ad hodiernum usque diem ipſos circulos id inficias ire, teſtes ſunt litteræ, quæ à circulo Suevico occaſione prohibitæ evectionis annonæ extra circulum ad nobilitatem Suevicam d. XXIII. Mart. 1771. datæ ſunt, verborumque ſtructura. Ita namque pergunt: — „*und da bey gegenwärtig allgemeiner Crayß-Verſammlung der Nothdurft zu ſeyn ermeſſen worden, ſowohl wegen der Frucht-Ausfuhr in die Schweiz, als auch wegen Abſtellung des Für- und Aufkaufens, ingl. des Frucht-Branntenweinbrennens* ein Patent in den Crayſs *zu erlaſſen, ſo haben wir nicht ermangeln wollen, ein ſolches mittelſt der Anlage* zu communiciren, nicht zweifelnde, *daß unſere &c. auch deroſeits dahin ebenfalls* bedacht ſeyn werden, *damit das auf gemeinſame Wohlfahrt hierunter genommene Augenmerk um ſo ehender erreichet werden möge &c.* Iisdemque fere verbis uſus etiam eſt idem conventus circularis in litteris *an das Reichs-Gotteshauß Ottobeuren und Carthauß Buxheim* de eod. dato, quarum verba: — „*als wird ſolches in der Anlage* — nachrichtlich, und in der zuverſichtlichen Hoffnung communicirt, *es werde auch deroſeits hierunter gleichmäßig beygewirkt- und die allgemeine Wohlfahrt mit befördert werden &c.*„ Circulorum enim poteſtas regulariter non niſi in ſtatus circulares fundata eſt, quamvis omnino dentur, caſus 3) per ſingulares imperii leges excepti, de quibus vero heic non eſt dicendi locus.

1) Capit. cæſ. art. 1. §. 1.
2) ill. MOSER *teutſch. Staats-R.* P. 32. loc. cit. §. 17. conf. ſimile exemplum ibid. §. 16.
3) in quibus immediatis etiam illis imperii membris obligatio concluſa circularia obſervandi imponebatur, conf. Rec. imp. de 1559. §. 46. R. J. 1564. §. 34. & manifeſtum quoque exemplum occurrit in executione P. Weſtph. quoad curam reſtituendorum circulis per J. P. O. art. XVI. §. 2. ſqq. demandatam, conf. *das Kayſ.* Executions-Edict dd. 7. Nov. 1648. verb. ejus: *Grafen, Freyen, Herrn, Rittern &c.*

## §. XVIII.

### *IV.) De exercitio illius juris, quod domino territoriali competit.*

Cum igitur ſuperioritati territoriali ſalva, qualem leges imperii requirunt, commerciorum libertate, inſit etiam jus, ob ipſius territorii utilitatem & neceſſitatem frumentorum exportationi interdicendi, ad conſiderandum ejus *exercitium* tranſeo, quod penes dnum territorialem eſſe per ſe conſtat. Idque jus, obſervatis imperii legibus, reſpectu propriorum ſubditorum libere procul dubio exercere, adeoque ex. gr. & ipſam annonæ evectionem prohibere, & frumentorum pretia determinare, & eorum uſum ex. gr. ad coquendam

dam cereviſiam, ſpiritum frumenti (*Kornbrandtenwein*) ad ſaginanda pecora, ad conficiendum diapaſma &c. reſtringere aut plane prohibere, & quæ ſunt hujus generis alia, ſtatuere poteſt, quamvis ſubditorum libertas naturalis admodum inde limitetur.

Aliud tamen dicendum foret,

1) Si ſpecialis ſtatus cujusdam territorii publicus poteſtati principis limites poneret, uti ex. gr. per conventiones cum civibus aut ordinibus provincialibus vel pleniſſimæ negotiationis frumentariæ libertati proſpectum - vel de adhibendis atque in conſilium vocandis ordinibus provincialibus conventum eſſe poteſt, quæ tunc ſuperioritatis territorialis exercitio modum ponant neceſſe eſt; Inſigne exemplum continetur in noviſſima illa transactione Mecklenburgica 1), in qua diſponitur: *wenn ſich im Lande ein Kornmangel ereignet, und deßfalls einig Verboth für nöthig befunden werden möchte, ſollen die Deputirte der Aemter und der Vorderſtätte; wenn aber periculum in mora, die Landräthe und der engere Ausſchuß vor dem Verboth gehört und ihre Vorſtellung in Betracht gezogen werden; wir wollen auch durch unſere Commiſſarien von Aemtern, Adel und Städten die Unterſuchung des Mangels anſtellen laſſen, da dann nach ausgemachter Nothdurft für die Armuth der Ausfuhr des Korns kein Einhalt geſchehen ſolle.*,,

Attamen à communicato cum ſtatibus provincialibus poteſtatis legislatoriæ exercitio non ſtatim conſequentia procedit ad ejusmodi jura ſpecialia, cum frequenter fieri ſoleat, „ut aut ratione terrarum domanialium, aut in jure quodam principi reſervato & „vel ceterum quoque per modum conſtitutionis, edicti, reſcripti cet, à ſolo principe le„ges promulgentur. 2) Quodſi autem

2) imaginariam tantum aut fictam neceſſitatem præ ſe ferat talis lex, nemo indefinitam domino territoriali concedet poteſtatem; ſed civibus aut ordinibus territorialibus integrum erit, principi querelas ideo offerre ſubmiſſas, &, iis rejectis, ad imperii judicia provocare ac revocationem legis illius, quam, *cum non niſi poſtulante utilitate publica ferri liceat*, ſaluti publicæ adverſam putant, urgere. Qui tamen caſus omnino ex iis erit, quorum intuitu imperii judiciis impoſitum eſt: *des ſtatus publici miteinlaufendes Intereſſe mit ſeinen Umſtänden wohl zu erwegen.* 3)

1) *Der Erbvergleich zwiſchen dem Durchl. regier. Herrn Herzog zu Mecklenburg und der Mecklenburg. Ritter- und Landſchafft Roſtock* 1755. §. 365. 366. in appendice zu *Chriſt. Ge. Jargow Einleit. zu der Lehre von den Regalien.*

2) Sunt verba ill. PÜTTERI in Inſt. jur. publ. §. 216.

3) R. J. N. §. 106.

## §. XIX.

*Speciatim in locis centenariis, condominalibus & dubiæ ſuperior. territorialis.*

Ex pluribus, quæ adhuc de exercitio interdictorum illorum territorialium moveri poſſunt, quæſtionibus nonnullas tantum adhuc addam obſervationes &

1) quidem in territoriis & locis, in quibus jurisdictio centenaria, *die hohe Gerichtbar-*

*keit*,

*keit, die Cennt, die Fraiß, Halß-Gericht &c.* aliis imperii ſtatibus competit, *cenntbare Orte* ideo dictis, id jus in dubio non domino centenæ, *dem Cenntherrn*, ſed domino territorii competere. Namque in talibus locis ſuperioritas territorialis in dubio non priori, ſed poſteriori competit. Patet id vel ex unico pacis *Weſtph.* loco, 1) cujus verba hæc ſunt: „ ſola criminalis jurisdictio, *Cennt-Gericht*, ſolumque jus gladii & retentionis, patronatus filiationis, neque conjunctim, neque diviſim jus reformandi tribuunt. „ Hoc ipſum igitur argumentum cauſam illorum tamdiu agit, quamdiu non probari poteſt, cum centena etiam ipſam ſuperioritatem territorialem eſſe conjunctam, 2) cum ſæpius etiam domini vogtejæ landſaſſiatui ſimul ſint ſubjecti. In transactione centenaria *zwiſchen Friederichen Pfalz-Grafen bey Rhein — eines-ſodenn denen vom Adel aufm Craichgau anno 1566. (Mscript) §. Ordnung, Gebott und Verbott &c. &c.* ita conventum: *„Soviel die Reichs und gemeine Churfürſtliche Pfalz Landes Ordnungen betreffen thut, ſollen dieſelbige obgedachten Junkern in Churfürſtlicher Pfalz und ihrem Nahmen zu verkündigen zugeſchikt werden.* „

2) ſi in aliquo territorio inter plures condominos ſuperioritas territorialis indiviſim exercetur, in caſu diſſenſus eo magis potior erit ejus ratio, qui inhibitioni exportationis contradicit, cum is regulæ quoque inhæreat, ſc. libertati commerciorum, niſi inter condominos de modo jura communia ex. gr. per votorum pluralitatem, per ſortem, per turnum &c. tractandi atque expediendi conventum ſit.

3) Si plures ſtatus in uno eodemque territorio inſignibus juribus regalibus gaudent, adeoque, cuinam proprie ipſe ſuperioritatis territorialis complexus competat, controverſum ſit, poſſeſſori exercitium ejus juris competere expedita res eſt, ſive litigantium uterque ſive alteruter eorum poſſideat, niſi ſequeſter jura territorialia exerceat.

1) art. V. § 44.

2) quam ſub voce oberſte Cennt, *oberſter Cenntherr* &c. comprehendi dicit Ge. Dan. PRÆBES in diſſ. de injuſta centenæ exenſione. In ſupra §. XI. not. 3. all. Diſſ. de centena ſublimi in ſupplementis ſequens exemplum exhibetur Halenſe: „ *Frucht halb. uff Freytag nach Eliſabeth* „ *ao. 87. Hat ein erber Rat verlaſſen hin-* „ *aus uff das Land zu ſagen, daß ir* „ *keiner* auſſer unſer Zent *weder Korn* „ *noch Habern zu verkaufen in kein Weg.* „ *Uff Freytag Nativitatis Marie ao. 90.* „ *hat ein erber Rat verlaſſen auch uff das* „ *Landt gebotten das niemand khainer* „ *Traid* aus der Zennt *mehr verkaufen* „ *noch hingeben ſoll bey eins Ratz Straf-*

## §. XX.

### *V. De obligatione legis ejusmodi territorialis. A. ratione civium & incolarum B. forenſium & C. extraneorum.*

Circa *jam promulgata* annonæ evehendæ interdicta primo loco conſideratu digna eſt *obligatio legis iſtiusmodi territorialis*, *per* quam annonæ exportatio inhibetur. Obligat autem ea ſine dubio omnes, qui principis ſuperioritati territoriali ſubſunt, atque ita non ſolum cives atque ſubditos cujuscunque ordinis atque dignitatis exiſtant, nobiles, fundationes eccleſiaſticas majores & minores, omnesque inferioris ordinis incolas, ſed eos quo-

quoque, qui prædia in territorii ambitu poſſident, in extera quamvis civitate domicilio utantur; 1) nam & hi, forenſes ideo dicti, rei ſitæ forum omnino agnoſcere debent. Neque hos tantum, ſed extraneos quoque eatenus obſtringit, ut, qui poſt latam atque promulgatam illam legem, non habito prohibitionis reſpectu, voluerint ex tali regione frumenta coëmere atque extrahere, non publicationem eorum tantum incurrant, ſed ob violatam territorii legem graviorem adhuc pœnam ſubire poſſint. Interim tamen, cum leges regulariter futuras tantum civium actiones comprehendant: 2) prohibitio evectionis non de illis frumentis explicari poterit, quæ, quamvis nondum evecta, ante promulgationem tamen legis prohibitoriæ jam emta ſunt; niſi forſan in fraudem legis certo inſtantis à ſcientibus doloſe initi fuerint ejusmodi contractus. Neque dominos territoriales eos contractus antiquiores, ex quibus exteris jus quæſitum eſt, tollere atque reſcindere poſſe perſuaſus ſum, cum ambitus eminentis illius principum poteſtatis in bona atque jura ſubditorum non eousque ſeſe diffundat, ut & in exteros Germaniæ cives exerceri poſſit, qui, prout emolumentis alterius civitatis non fruuntur, ita nec ejus incommoda ſentire, multo minus jura quæſita ob publicam ejus utilitatem negligere tenentur. Hoc autem caſu eo minus dubium eſt, quo apertius id foret injuſti commerciorum impedimenti exemplum, cum, qui ante prohibitam evectionem frumenta coëmerunt, commerciorum libertate atque eundi, *negotiandi* redeundique poteſtate per pacem Weſtph. aliasque imperii leges ſancita, atque ita jure ſuo uſi ſint. Intime cum hoc connexa eſt alia quæſtio: an eidem exportationis prohibitioni ſubſint etiam frumenta exteri cujusdam mercatoris frumentarii, qui frumenta ex pluribus forſan provinciis coëmta *negotiationis cauſa* in territorium intulit, & in horreis ibidem ſitis, quæ *Magazine* vocari ſolent, condiderit, atque adſervaverit? Primo quidem obtuitu in decidenda hacce quæſtione ad eadem, ex quibus forenſes eidem legi territoriali ſubeſſe ſupra dixi, argumenta facilis atque tutus videtur aditus, cum res etiam mobiles rei ſitæ forum fundent. 3) Poſt inſtitutum autem ejus rei examen leges imperii ab illa juris romani ſententia ſatis alias etiam intuitu frumentorum fundata atque recepta *hoc caſu* abire apparebit. Quantum enim foret libertatis commerciorum læſio, quam illegitimum foret eorum onus atque impedimentum, ſi quis dominus territorialis exteros Germaniæ cives, qui multam annonæ copiam commercii gratia in territorium intulerunt, ſubito atque inopinanter obſtringere velit, ut ne ea frumenta iterum evehere poſſint? Eidem autem ſententiæ expreſſa etiam pacis Weſtph. verba ſuffragantur. Ex ejus enim art. IX. §. 2. luculenter patet, quid ſub illa commerciorum libertate per dictam pacem reſtituta atque ſancita intelligi velint ſummi paciſcentes. Verba ejus ſunt: ut plena ſit commerciorum libertas — adeoque ea omnibus & ſingulis — eundi, negotiandi, *redeundique* poteſtas data ſit &c.„ Quibus ipſis verbis aperte ſatis omnibus & ſingulis libertas data eſt: a) commercii cauſa in alium territorium eundi b) in eo negotiandi & quidem, cum non diſtinguatur; & active & paſſive, ut nimirum perinde ſit, ſive ibi merces vendere, ſive ibi emere velint, &, quod probe

 no-

probe notandum c) iterum *redeundi ex eo*, ſine dubio una cum mercibus, quas ibidem ſibi comparavit, aut in altero caſu, quas diſtrahere non potuit. Ex illegitimis igitur atque illicitis oneribus atque impedimentis libertatis commerciorum fore crediderim, ſi per repentinam aliquam territorii legem ipſis evectio eorum prohiberi velit; cum eo ipſo ea poteſtas redeundi, quam leges imperii ſanctam volunt iis, qui libertatem commerciorum in ſuos uſus legitime omnino converterunt, oppido gravetur. Ne autem ſub hac ſpecie alia frumenta ex territorio extrahantur, atque ita effectu deſtituatur exportationis prohibitio, omni modo cavere, atque ita ex. gr. diem, intra quem evehenda ſint, præfigere aliasve cautelas adhibere poſſe dominos territoriales, certiſſimum eſt.

1) b. Mich. GRASS de propol. juſte proh. §. 14. p. 32. ſſ. diſſentit Joh. Mich. LIEBPOLT in Diſſ. de mercib. illic. C. III. §. 18.

2) L. 7. Cod. de leg. &c. nov. 115. Cap. 1.

3) L. 38. in fin. ff. de judic. L. 2. Cod. ubi in rem &c.

## §. XXI.

### *VI. Reſtrictiones poteſtatis dominorum territorialium. A) intuitu propriorum civium & 1) quidem de jure privilegia contraria concedendi. 2) an princeps eadem lege ſolutus ſit?*

Ad *reſtrictiones* jam, quibus, poſito annonæ evehendæ interdicto dominorum territorialium poteſtas circumſcripta eſt, tranſeo, ubi Imo de limitibus eidem in proprio territorio & reſpectu civium, IIdo intuitu aliorum, præſertim vicinorum, imperii ſtatuum atque dominorum territorialium & IIItio denique intuitu ipſius imperatoris atque imperii poſitis, paucis adhuc agendum eſt.

Si membrum Imum ſpectes, præcipue, limitata eſt eorum poteſtas a) quoad jus ipſis de regula indubie competens, ſingulos per privilegia & diſpenſationes ab obligatione legis liberandi. Quamvis enim, præcipue in cauſis politiæ, principalis omnino privilegiorum concedendorum fons ſit ſuprema illa, qua pollent, poteſtas legislatoria 1). Hoc tamen caſu eam leges imperii manifeſte reſtringunt. Si quidem vel id unicum in memoriam revocetur, quod neceſſitas proprii territorii, tanquam fundamentum *der Frucht-Sperre* ſupponatur, & *requiratur*, jam patet, integrum eis non eſſe, à generali evectionis interdicto aliquos excipiendi. Per pauciores enim etiam tantum frumenti extra territorium diſtrahi poſſet, ut inanis non ſolum evaderet ipſa prohibitio, ſed inſignem ſimul toti reipublicæ ea afferret perniciem, cujus tamen ſalus & neceſſitas publica principi demum evectionem annonæ prohibendi poteſtatem fecit. Verum nec opus eſt, ad hoc argumentum, quamvis planum ſatis, perfugere. Sufficit, quod evidens ſit *monopolii* exemplum, uti univerſæ reipublicæ nocivi ita etiam per repetitas imperii ſanctiones publicas graviſſime damnati. 2) Cum enim leges imperii expreſſe diſponant, ne quis ſtatus aut ipſe monopolia exerceat aut per alios exerceri permittat, talia autem privilegia ipſam totam monopolii naturam redoleant, non eſt, quod ad illa reprobanda vel minimum adhuc addam. Alteram limitationem ipſa natura legis ejusmodi addit: quod ſc. b) nec ipſi

ipſi domino territoriali integrum eſſe poſſit, hoc caſu ſibi ſoli evectionem reſervare. — Regulariter quidem explicatum eſt, quod (ut autoris probatiſſimi verbis 3) utar) „ſuis „ipſius legibus non teneatur princeps legislator, ſed eo ſenſu ſolutus legibus ſit, cum, „ut non iisdem cum ſubditis ſuis legibus civilibus utatur, tum ut diſpenſare etiam & re„cedere à legibus à ſe latis poſſit, niſi qua in vim pacti magis fundamentalis, quam ci„vilis privata lex ſit &c.„ Hoc autem caſu princeps non plane lege ſolutus dici poteſt. Supra dixi, quod monopolii naturam ſaperet, ſi cui, poſita generali evectionis inhibitione permiſſum foret, frumenta extra territorium alienandi. Quid enim inde, cum inſuper pretium plerumque circumſcriptum eſſe ſoleat, extiturum foret aliud, quam ut, qui illud exercent, frumenta minori pretio ex. gr. 5. 6. 7. florenorum in territorio coëmta extra illud altero ſæpius tanto vendant, ex ſummo civium ſingulorum, & totius reipubl. detrimento lucrum ſibi pariant, civitatem annona exſorbeant, &, quid triſtius? publicam plane famem moveant. Ecquid autem legibus imperii deteſtabilius hoc eſſe poſſet? Quid gravius prohibitum? Ex integra enim rationis paritate huc applicanda ſunt, quæ paſſim in legibus imperii, 4) præſertim in Ord. pol. noviſſ. contra monopolia ſanciuntur, cum ibi eorum quoque expreſſa mentio fiat, „*die — auch Wein, Korn in ihre* „*Hand und Gewalt allein zu bringen unterſtehen.*„

Cum igitur omnes iſtiusmodi negotiationes nocivæ penitus prohibeantur, cum leges imperii eas pleniſſime omnibus, ſive ipſi eas frequentent, ſive per alios exercendas curent, 5) interdicant, tantum ex eo jam lucis affertur quæſtioni ſupra propoſitæ, ut dubium non ſit, quin ex. gr. nec ipſis ſtatibus imperii in caſu præſenti frumenta ſuis nominibus in eorum territoriis coëmere atque extra illud alienare permiſſum eſſe poſſit, cum id apertum monopolii exercitium foret.

1) eo magis, quo clariora ſunt verba Capit. Cæſ. art. VII. §. 3.
2) aliquando inſuper in conventionibus Principum cum ordinibus provinc. prohibiti, conf. *der Mecklenb. Erbverglich* de 1755. §. 340.
3) in Inſt. jur. publ. §. 220.
4) R. J. de 1512. §. 16. R. J. de 1555. §. 136. Reform. polit. de 1577. Tit. XVIII. Capit. cæſar. art. VII. §. 3.
5) Ord. pol. alleg. loc. §. 2. verb. *daß ſolche ſchädliche Handthierung — hinführo weder durch ſich ſelbſt noch andere treiben oder üben ſoll &c.*

## §. XXII.

### *B) reſpectu aliorum dominorum territorialium 1) ratione annuorum redituum frumentariorum.*

II) Ex reſtrictionibus poteſtatis ſupremæ territorialis reſpectu aliorum imperii ſtatuum, præſertim vicinorum eorumque ſubditorum præcipua eſt A) *quod cenſus, decimæ aliique annui reditus frumentarii, quibus in ejusmodi territorio gaudent, generali evectionis annonæ prohibitioni ſubjici non poſſint, ſed, ea non attenta, illis extradi debeant.* Cum nimirum ſuperioritas territorialis non una vice in præſentem ſplendorem excreverit, ſed ex juribus, quæ imperatores ſuis *officialibus* olim conceſſerant, nacto jure hereditario ſenſim ſenſim-

 que

que adoleverit, imperatores olim omnino alteri hæc alteri alia in eadem terra dare potuerunt jura; uti ſæpiſſime epiſcopis præſertim, abbatibus, ſacratis ædibus &c. cenſus variique reditus annui ab illis donati leguntur. Ex quo igitur plenius ſuperioritatis territorialis exercitium ſtatibus imperii obtigit: permultis jam imperii ſanctionibus firmatum, non tantum jura illa antea ab imperatoribus conceſſa ſalva omnino poſſeſſoribus atque integra manere debuerunt, ſed poſtea ipſi etiam terrarum domini plura talia vicinis ſtatibus in ſuis territoriis indulſerunt. Utriusque generis jura in alieno territorio, quibus juris conſulti antiquiores titulum ſervitutum juris publici, neque inepte, dederunt, plane non eousque reſtringere poſſunt domini territoriales, ut in caſu ſubſtrato ejusmodi frumenta, quamvis adſit reipublicæ neceſſitas, exteris denegandi, aut eorum evectionem prohibendi poteſtatem habeant. Omnia enim ejusmodi jura ſtatuum aliorumque imperii membrorum in alieno territorio non poſſunt non unice ex principiis jurium atque obligationum civium unius reipublicæ inter ſe invicem dijudicari. Quis vero dixerit, poſſe civem alicujus reipubl. juribus alterius civis quæſitis, vel ob ſummam indigentiam, præjudicium inferre? Quanta inde non poſſet non exiſtere totius civitatis perturbatio. Speciatim vero in ſervitutibus certiſſimum eſt illud principium, quod ſerviens ſervitutis uſum impedire non poſſit. De applicatione autem hujus theſeos juris romani dubitari plane non poteſt, cum & ipſæ leges imperii ſatis concordent. Clare id ſancit Pax religioſa: 1555. §. 14. cujus verba §o. III. ſupr. inſerta ſunt. Idemque §. ſeq. in ſpecie ad ſtatus aug. Conf. addictos - & §. 16. ad catholicos adplicatur, ubi expreſſe repetitur: „*dagegen ſollen die Stände, ſo der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan — die — Stände der alten Religion anhängig gleichergeſtalt bey ihrer Religion — auch ihren* — Herrlichkeiten *und* Gerechtigkeiten, Rennten, Zinnſen, Zehenden unbeſchwert bleiben, und ſie derſelben *friedlich und ruhigl. gebrauchen, genieſſen,* unweigerlich folgen laſſen, *und getreulich darzu verholfen ſeyn &c.* Ecce igitur authenticam legum imperii mentem de reditibus ſtatuum imperii in aliorum territoriis, adeo claram, ut dubium ſupereſſe non poſſit, quin frumenta illa *unbeſchwert und unweigerlich* dimitti debeant.

Aliud tamen dicendum foret, ſi *ſubditi tantum* exteris ejusmodi jura conceſſerint. Eos enim per talem translationem juribus principis regalibus præjudicium non inferre poſſe per ſe patet. In Placito imperii, cujus ſupra mentionem feci, tanquam medium *moderandorum* annonæ ſufflaminum circulorum deliberationibus committendum continetur etiam: „*auswärtigen Perſonen, Stifftungen und andern Corporibus die Verabfolgung ihrer in Reichsſtænd. Landen zu erheben habender Früchten nicht zu verweigern.*„ Ibi autem non tantum frumenta ſervitutis jure debita, ſed ex bonis etiam forenſium percipienda intelligi videntur.

## §. XXIII.

2) *ratione frumentorum transeuntium & 3) vectigalium.*

B) Secunda reſtrictio membri IIdi concernit libertatem tranſitus, „*daſs*, (ut verbis ejusdem placiti utar) *keinem durch Reichsſtänd. Lande durchführenden Getrayd* der in denen

nen Reichs-Geſezen und ſtändiſchem Verband ſelbſt gegründete ungehinderte Durchzug gehemmet oder ſchwer gemacht werde. „ Hoc adeo expeditum eſt, ut non niſi generaliter ad leges de commerciorum libertate ſupra all. provocem. Hæc ipſa tamen tranſitus libertas non adeo extendi debet, ut excluſum dominis territorialibus videatur jus viſitationes &c. inſtituendi, quod iis omnino integrum eſt, ne ſub hoc prætextu ipſa provincia evacuetur annona. Æque indubia eſt C) reſtrictio tertia, quam all. Placitum etiam porrigit, ne ſc. quis ex frumentis transeuntibus loco vectigalium aliarumque exactionum legitime quæſitarum præſtationem naturalem partemque frumentorum extorqueat. Ea enim eſt vectigalium in Germania conditio, ut plane non pro lubitu exerceri, extendi, prorogari, augeri aut mutari poſſint, ſed modus vel per privilegium, vel per *antiquam* obſervantiam præſcriptus exacte obſervari debet. 1) Ab ipſa igitur veritate abhorrere videtur, quod in nonnullis territoriis ne exactione quidem præſtationis naturalis *vectigalium loco* contenti *totam* frumentorum transeuntium copiam retinuiſſe atque, ſoluto quamvis aliquo pretio, juſto forſan adhuc viliori, plane ademiſſe dicantur. Verum hoc ipſum, niſi quis jure ſtapulæ gaudeat legitime quæſito, prorſus inter illicita libertatis commerciorum onera atque impedimenta referendum eſſe vel ex hoc uno patet, quod legibus imperii adeo inviſum ſit juris ſtapulæ exercitium commerciis quam maxime inimicum, ut in capitulatione perpetua 2) proviſio facta ſit: „*daß inskünftige* ganz keine *Privilegia auf Stappel-Gerechtigkeit mehr ertheilt werden ſollen*; & quamvis Electores poſtea addiderint: „*es geſchehe dann erſtbeſagter maſſen mit einmüthigem Collegial-Rath und Bewilligung derer ſämtl. Churfürſten*, „ principes tamen huic paſſui tanquam perpetuæ adverſo contradicunt. E contra nec inficias iri poteſt, quod legitima vectigalia omnino etiam frumentis ejusmodi transeuntibus, non attenta eorum inopia atque caritate, imponi poſſint. Eo glorioſius autem eſt illuſtre illud, quod Elector Trevirenſis dedit, ab oblivionis injuria omni modo vindicandum magnanimitatis ſpecimen, qui omnibus frumentis extra Germaniam coëmtis & in eam importandis plenam a vectigalibus mercibus transeuntibus imponi ſolitis conceſſit immunitatem. 3) Ejusdem rei cauſa convenerunt etiam ſtatus circuli Suevici, uti ex litteris patentibus dd. 23. mart. a. præt. apparet, in verbis: „*wobey zugleich* die Abrede (concluſo, dem Crayſſchluſs oppoſita) *genommen worden, daß — die Durchpaſſirung der von andern Orten herkommenden Früchten nicht erſchweret* — auch auff geziemendes Anſuchen der Tranſito-Zoll nachgeſehen werden möchte; „ quod ipſum quoque circulis Franconico & Rhenano ſuperiori, electoribus Bavarico & Palatino atque Epiſcopo Spirenſi ſpeciatim inter ſe invicem mutuo obſervandum per ſingulares litteras dd. 23. Mart. a. præt. obtulit idem conventus circularis.

1) Capit. imper. art. VIII. §. 13.
2) art. VIII. §. 23.
3) quod menſe martio 1771. comitiis declaratum eſt. conf. *Abdruck eines im Oberrheiniſchen Crayß ohnlängſt zum Vorſchein gekommenen Promemoria die Frucht-Sperre betr. mit beygefügten Noten.* §. 18. in not. ad a)

## §. XXIV.

### 4) *ratione eorum, quibus per pacta commerciorum libertas expreſſe conceſſa eſt.*

Ultimo loco disquirere liceat, an non

D) quarta reſtrictio intuitu aliorum ſtatuum &c. tunc ſtatuenda ſit, ſi quis dominus territorialis alteri ejusque ſubditis libertatem commerciorum, etiam frumentarii, expreſſe conceſſerit? Neque ſine diſcrimine affirmanda mihi videtur, neque ſimpliciter neganda hæc quæſtio. Quamvis enim Princeps ex ſingulari gratia aut mera familiaritate alicui vicino, ex. gr. civitati imperiali aut comiti de commercii libertate æqualiter cum incolis fruenda ſidem dederit, vix tamen dici poterit, eum ideo etiam in tanto caſu neceſſitatis, ad continuandam illam, quam ex liberalitate conceſſit, negotiationis frumentariæ libertatem cum civibus æqualem obligatus ſit. Pleniori enim illa libertate tantum *precario* quaſi gaudent, & ad inſtar privilegii *gratioſi*, atque ita poſt ejus revocationem ea, quam leges imperii tribuunt, commercandi poteſtate contenti eſſe debent. Aliud autem dicendum erit, ſi per pacta & transactiones adeoque *titulo oneroſo* obtenta ſit plena illa commercii libertas. Quod enim ex pactis illuſtres etiam imperii ordines obligentur, non eſt, quod vel ob ſolam unius civitatis notionem dubitari poſſit; idque eo minus, quo diſtinctius & ſæpius ejusmodi pacta in legibus imperii confirmata ſunt, quare etiam ſupremis imperii tribunalibus ſe non conceſſurum eſſe in Capitulatione ſpondet Imperator: „*daß denen Ständen in ihren territoriis — wider — aufgerichtete rechtmäßige* und verbindl. Pacta vor- und eingegriffen werde.„ Certam vero heic regulam vix dari poſſe per ſe patet, cum pacta illa, quæ diverſimode variari poſſunt, primariam atque genuinam dijudicandi normam conſtituant. Si vero plena commercii frumentarii libertas ſine limitibus territorio cuidam vicino æque ac incolis conceſſa & quæſita fuerit, princeps neque in hoc caſu neceſſitatis niſi ſummo ſine conſenſu alterius partis paciſcentis ab eo contractu reſilire adeoque nec prohibendam annonæ evectionem ad illud territorium extendere poterit. Verum nec ex altera parte negari poteſt, quod tunc vicinus ejusmodi ſtatus privilegiarius non majora commercii frumentarii intuitu jura poſtulare poſſit, quam ipſis civibus conceſſa ſunt, ut adeo poſita evectionis annonæ prohibitione plane non integrum iis eſſe poſſit, ex. gr. frumenta in iſto territorio coëmere eademque iterum per ſuas terras ad exteros diſtrahere, quod non uſus, ſed abuſus juris quæſiti foret. Illuſtrandæ imperii obſervantiæ inſervire poteſt exemplum, cujus ill. MOSERVS 1) mentionem facit, in cauſa civitatis Suinfurtenſis ad epiſcopum Herbipolitanum. Præſertim autem notabile eſt inſigne illud in hac cauſa obſervantiæ imperii ſpecimen, quod noviſſima comitiorum acta continent, lis ſcil. inter Sereniſſimum Electorem Bavaricum atque civitatem Ratisbonenſem mota. Hæc ipſa enim imperii urbs, cum circumcirca terris bavaricis incluſa ſit, in illo Electoratu jus incolatus & commercii liberi ab antiquioribus inde temporibus quæſitum habet. Ita enim in conventione ao. 1496. 2) inita legitur „tit. *frey kaufen und verkaufen in Ihrer Gnaden Für-*

ſtenthumb: „*Wir laſſen auch für uns, unſer Erben und Nachkommen hiemit zu und bewilligen, daß die Burger von Regenſpurg in unſerm Fürſtenthumb* unverhindert kaufen und verkaufen mögen, darinn Sy auch in keinen unſern Land-Poten von den unſern ausgeſchloſſen noch beſundert werden ſollen &c. Quod ipſum jus eidem civitati, poſtea, præcipue ao. 1558. & 1574. denuo repetitum & confirmatum eſt. 3)

Cum vero nuper in Electoratu Bavarico annonæ exportatio prohiberetur, Ratisbonenſibus etiam civibus non tantum emendi poteſtas oppido reſtringebatur, ſed tandem etiam litteræ commeatus ipſis antea conceſſæ earumque prorogatio menſe aprilis 1771. plane denegabantur. Civitas igitur imperialis precibus ad legatos comitiales converſis eorum interceſſionem imploravit, qua ſubſecuta, ex parte bavarica autem non attenta, legati comitiales in placito imperii dd. 22. maj. 1771. „*die Churbayr. Seits angeſonnene* „*Verſezung des Reichstags und gegen denſelben verhaengte Getrayd-Sperre betreffend*, (cfr. §. 12.) juris etiam incolatus, quo Ratisbonenſes in electoratu Bavarico fruuntur, mentionem fecerunt, in verbis: „*damit — mit Widerherſtellung des freyen und unbeſchraenkten Genuſſes der Reichsſtadt Regenſpurg Incolat-Rechte, gegen allen Zwang und Abbruch des nöthigen Unterhalts ſicher geſtellt &c. &c.*„ quare in concluſo conſilii imperialis aulici in hac cauſa emanati sereniſſimo Electori Bavarico reſcriptum ſimul legitur: „*da nun — annebſt auch dieſe Reichsſtadt in dem Churfürſtenthum das Incolat-Recht durch* „*Vertraege hergebracht habe; Als wollten J. K. M. dem Herrn Churfürſten hiemit alles Ern-* „*ſtes anbefehlen, daß — die Reichsſtadt Regenſpurg aber, bey ihrem hergebrachten Inco-* „*lat-Recht ruhig gelaſſen &c.*„

His igitur principium, quod ſupra propoſui, ſatis illuſtrari & comprobari perſuaſus ſum, quamvis huic cauſſæ tandem poſt multas diſceptationes menſ. Dec. per transactionem finis impoſitus ſit.

1) *Einl. zum Reichshofrathsproceß Tom. I. Abh. I. Cap. II.* §. 85.

2) Quæ videri poteſt *in der Sammlung verſchiedener das Churbayr. und Oberpfaelz. Mauth- und Accis-Weſen erlaeuternden Urkunden und Acten-Stüke. Regenſp.* 1771. fol. nr. II. p. 13.

3) *In gedachter Sammlung* nr. XI, p. 31. & ibid. nr. XIII. p. 36.

## §. XXV.

### *C.) Intuitu imperatoris atque imperii, additis exemplis.*

Nunc denique III.) ſequuntur reſtrictiones *derer Landesfrucht-Sperren reſpectu imperatoris & imperii*; quæ in eo mihi ponendæ videntur, quod domini territoriales ob nexum, in quo cum imperio tanquam ejus membra & cives continentur, & ob quem ad ſalutem ejus publicam omni modo promovendam obligati ſunt, prohibitionem exportationis annonæ non adeo extendere poſſit, ut ipſum etiam imperium comprehendat, ſive quod, ſi totius imperii ejusque ſalutis publicæ proprie & directe quaſi interſit, frumenta coëmi, ejus intuitu, ſalva ceteroquin evectionis prohibitione, non exerceri poſſit illud

in-

interdictum, ſed in caſu repugnantiæ judiciorum imperii aditus in promptu & mandatis S. C. locus ſit. Intuitu ipſius enim imperii plane non cogitari poteſt *evectionis* extra territorium prohibitio, cum omnes domini territoriales, quamvis, quatenus ſimul ſtatus ſunt, alio ſenſu coimperantes plane vocari ſoleant, ejus cives ſint atque ſubditi, omniaque territoria ſupremæ ejus poteſtati ſubſint. Manifeſto illi principio ſat lucis affundetur, ſi aliqua exempla adduntur. Primum ſit electio atque coronatio imperatoris, quæ, ſi in tantam temporum calamitatem incideret, & conventus electoralis ex territorio civitatis, in qua celebratur, non poſſet ſufficienti frumentorum copia inſtrui, ſine dubio ex vicinis territoriis, non attenta evectionis eorum prohibitione, tantum frumenti cœmi poſſet, quantum neceſſarium foret, cum ipſius imperii plurimum ejus interſit. Ita etiam exemplo eſſe poſſunt copiæ imperii (*die Reichsarmee*). Ponatur enim, eas in caſtris eſſe. Leges equidem imperii hoc caſu ſatis determinant, quomodo quilibet ſtatus aut circulus pro ſua parte (Contingent) neceſſariam annonæ quantitatem comparare debeat. 1) Quis vero negaverit, annonæ præfectos, frumentis nihilominus ex. gr. ob viam ab hoſtibus interclusam aut commeatum ab iis plane interceptum deficientibus, in aliorum ſtatuum territoriis, non habito evectionis prohibitæ reſpectu, frumenta cœmere, neque à dominis territorialibus impediri poſſe, cum publica id expoſcat imperii utilitas atque ſecuritas. 2) Frequentius ejusdem principii exemplum porrigunt comitia imperii. Cum enim plerumque in civitate imperiali & præſens quidem conventus comitialis Ratisbonæ hoſpitio utatur, ex anguſto autem ejus territorio ſæpius non ſuppeditari poſſint, quæ tamen ad victum neceſſaria ſunt, non poſſunt non ex vicinorum ſtatuum territoriis comparari. Quantum igitur foret legatorum comitialium gravamen, quod iis per prohibitionem evectionis frumentorum inferretur, ſi quidem etiam ad neceſſitates legatorum extendi poſſet. Ipſius autem totius reipublicæ germanicæ intime atque directe hoc caſu intereſſe, non eſt, quod late demonſtrem, cum id & ex perſonarum, quas ſuſtinent, & ex negotiorum, quibus occupati ſunt, qualitate ſatis ſuperque appareat. Tractant enim atque expediunt publica ipſius imperii negotia & in corpore una cum commiſſione cæſarea totum repræſentant imperium. Ex eodem igitur principio certum eſt, dominos territoriales inhibitionem evectionis annonæ non adeo extendere poſſe, ut & legatis comitialibus eorum neceſſitates denegentur, neque ratio litterarum commeatus ab iis datis (*derer Geſandſchaftlichen Päſſe*) habeatur. Hoc ipſum aliquoties jam, quamdiu præſens conventus comitialis perdurat, agitatum eſt, & ſemper, uti fas eſt, in favorem legatorum comitialium compoſitum. Cum enim ao. 1699. propter annonæ exportationem inhibitam ſecretarius legationis Moguntinæ ad Electorem Bavaricum conventus comitialis nomine ablegaretur, ſecundum ejus relationem d. VII. Sept. ej. ai. dict. reſolutio bavarica in eo conſtitit: „*damit aber denen hohen Geſandſchäften es immittelſt an nothwendigen Subſiſtenzmitteln nicht gebreche, ſo werde man an die Beamte forderſamſt Befehl ergehen laſſen, und Verfügung thun*, damit auf Atteſtationes

denen-

denenſelben der nöthige Behuf an Hand geſchaft werde; *die Stadt Regenſpurg herentgegen hätte auf ein Quantum anzutragen, weſſenfalls man ſich nach Proportion erklaeren würde.* „ Cumque ao. 1746. iterum interdictum exportandæ annonæ pronunciatum ſit in eodem Electoratu, ad monitum legatorum comitialium id plane iterum tollebatur. 3)

1) *Das Reichsgutachten dd.* 14. dict. 16. *Apr.* 1734. *in der Samml. der Reichsabſchiede* de 1747. Tom. IV. nr. CXLVII. pag. 410, ut antiquiores taceam.

2) Argumentum quoddam analogicum hauriri poteſt ex eodem placito p. 411. *es ſolle — eines jeden Orts hohe Obrigkeit &c. &c.*

3) Conf. *oballegirte Rechtmaeſſigkeit dererjenigen Churbayr. Landesverordnungen*, ad §. 13. *in denen Betrachtungen p.* 58.

## §. XXVI.

Sed occaſione *derer neueſten Landesfrucht-Sperren* majori vi atque adeo conſtanter ſeſe oppoſuit Sereniſſimus Elector Bavaricus, ut tandem poſt multas ſollicitationes vanas totam rem ad ipſum Imperatorem deferrent, ejusque executionem ſibi expeterent legati comitiales. Cauſam huic dedit declaratio bavarica per legatos conventui comitiali inſinuata dd. 17. maj. 1771. in qua propoſuit: „*da nun hieraus von ſich ſelbſten ergebe* — — „wie wenig insbeſondere eine hieſige Reichs-Verſammlung ſich auf eine leichtere Sub„ſiſtenz Rechnung machen könne, *zumalen ſich überzeugend vorausſehen laſſe, daß bey er„manglender überflüſſiger Production der Lebens-Nothdürften ab Seiten der Churbäyr. Lan„de Höchſtged. S. Churfürſtl. D. mit ihrer ſowohl, als der ihrigen Selbſterhaltung* noch in „vielen künftigen Jahren *genug zu thun haben würde*; „ atque ideo anticipationem feriarum & translationem comitialis conventus in aliam civitatem petiit. Cum enim ex hoc ſcripto veram intentionem bavaricam ſub renixu illo latentem ſe prodere perſpexiſſe crediderint legati comitiales, ſtatim d. 22. maj. deliberationes comitiales de eo inſtituerunt, &, projecto, quod vocant, placiti imperii à ſingulari deputatione ideo deſignata jam concepto eoque in circulo adprobato, in collegia abierunt, &, quamvis in ſenatu principum legatus Bavaricus contra illud proteſtationem poſtea in ſcripto repetitam interpoſuerit, in concluſum trium Collegiorum conſenſerunt, ex quo, cum typis impreſſum ſit, non niſi unicum, ex quo principia patent, inſeram paſſum, ſequentem ſc: „*Nachdem es aber — die vorkehrende Veranſtaltungen zu erkennen geben, daß Churbayr. Seits dem ferneren Aufenthalte mehrerwehnter Reichsverſammlung ſowohl wegen des Unterhalts durch Hemmung der Zufuhr nöthiger Victualien, als ſonſten verſchiedenes verhindert, in den Weg gelegt, ja ein Zwang angethan werden wolle; ſo hat man — beſchloſſen, daß — allerhöchſtdieſelbe alleru. zu erſuchen waeren — in dieſer, als einer in den Reichs-Sazungen ſchon entſchiedenen und einer weiteren Unterſuchung unterworfenen* - die Ehre, das Anſehen und den Nothſtand des zum beſten des Publici verſammelten Reichstags betreffenden Sache, *ohne Proceſſual. Weitlaeuftigkeiten, durch executivl. ſchleunigſt vorzukehrende Hülfsmittel und alsbaldige Manutenenz ſolche Verfügungen eintretten zu laſſen, damit die Reichsverſammlung*

*mittelſt Aufhebung der gegen dieſelbe und die Stadt Regenſpurg, als derſelben dermaligen Wohnſiz, zur Ungebühr angelegten, Land und Leut verderblichen auch vertragswidrigen — Getrayd — und Victualien-Sperren — gegen allen Zwang und Abbruch des nöthigen Unterhalts ſicher geſtellt, bey ihrem* Reichsconſtitutionsmäſſigen *und ſonſtigen von dem Churhaus Bayern verſicherten Freyheiten und Zuſtaendigkeiten gelaſſen und in Berath- und Behandlung der vorligenden Reichsgeſchaefte in dem Ort ihres jezigen Aufenthalts auf keine Weiſe gehindert oder gehemmet werde &c.*

Et hoc ipſum legatorum gravamen, poſtquam petitionem mutandæ comitiorum ſedis *durch ein Hand-Schreiben* denegavit, & Electorem in iisdem litteris ad immunitates & prærogativas comitiorum inviolate concedendas admonuit Imperator Auguſtiſſimus, excepit favorabile, quod per Decr. Commiſſ. Cæſ. dd. 17. Jun. 1771. cum imperio communicabatur, concluſum conſilii imperialis aulici, dd. Lunæ 11. Jun. in quo 1) Electori bavarico reſcriptum legitur: „*da nun aber des Herrn Churfürſtens Vorfahrer*, ihrer Reichsſtänd. Obligenheit gemäſs, *die ausdrüklichſte Zuſagungen ertheilet, die Reichsſtadt Regenſpurg mit allerhand Victualien und anderwärtigen Nothdurfft, ſo lang der Reichstag währe, zu verſehen, annebſt — als wollten I. K. M. dem Hrn Churfürſten hiemit alles Ernſtes anbefehlen, daß derſelbe ohne allen Verzug die gegen die Reichsverſammlung und die Reichsſtadt Regenſpurg, als derſelben damaligen Wohnſiz zur Ungebühr angelegte Vertrags-widrige Getrayd- und Victualien-Sperre anwider aufheben und — anmit die geſamte Reichs-Geſandſchaften bey ihren Reichs-Conſtitutions-mäßigen und ſonſtigen von den Herrn Churfürſten verſicherten Freyheiten und Zuſtändigkeiten — ruhig belaſſen ſollen &c.* II.) Archiepiſcopo Salisburgenſi commiſſio ad manutenendum, eaque III.) eventualiter etiam circulo auſtriaco data eſt.

## §. XXVII.

Cum vero ejus effectum multis modis reprimere ſtuduit Elector Bavaricus, reſcriptum ulterius Sabbathi 27. Jul. ej. a. emanavit, & per concluſum ejusdem judicii dd. 3. Oct. 1771. petita revocatio commiſſionis cæſ. Salisburgenſi factæ electori Bavarico denegata eſt. Interim amicabili compoſitioni ſeſe appropinquavit hæc controverſia, eaque etiam menſe Decembr. ſecuta eſt per declarationem legati Bavarici d. 19. Dec. dictatam eamque poſtulatis legationum prorſus fere conformem; ſecundum quam Civitati Ratisbonenſi „*die Zufuhr des zuſammen von allen Gattungen ad monatl. beſtimmten* 1000. *Sch. Getrayds-Quanti auf den allhieſigen (Regenſpurger) ſogenannten Kornmarkt, neben dem Aufkauf deſſen — bey gefreyt- und ungefreyten Haeuſſern — ſolchergeſtalten wiederum verſtattet werden ſolle, daß nicht allein die Geſandſchaftl. Bedörfniſſe — ſondern auch die - für die Burgerſchaft monathl. bewilligte* 1000. *Schl. Getraydt daſelbſt ungehindert erkauſt werden können*; wie *denn auch* 3) *das eigene Gewaechs an Früchten derer allhieſigen Stifter und ſaemtl.* piorum Corporum *nebſt ihren Gilten, Zehend- und Dienſtgetreyder — in die Stádt einzubringen, nicht aber wei-*

*weiters auſſer Land zu verkaufen oder zu verführen, allerdings vergönnet, und 4to die weitere Einbringung derley Früchte an Waiz, Korn, Gerſten und Haber* in minuto *Köpfel und mezenweis vor diſsmal binnen Jahrsfriſt, ſonderl. zum Beſten der Armuth auf* 500. *Scheffel* (Legati in ſuis deſideriis tantum 40. *Scheffel* petierunt) *beſtimmet werden ſolle &c.* Quo facto commiſſio manutenentiæ ad petitum imperii in placito de 23. Dec. 1771. interpoſitam iterum tollebatur.

Quamvis enim etiam *derer Churbayr. Zuſagungen* mentio fiat, ulteriora tamen verba ex. gr. Reichsconſtitutionsmäſſige Freyheiten porro: ihrer Reichsſtänd. Obligenheit gemäſs &c. aliaque principium illud ſatis comprobant; Quibus ad *fundandam eandem obſervantiam* adhuc addam, quod ex parte Electoris Palatini jam 7. Jan. 1771. imperio declaratum ſit, „*daſs — wegen Reſpectirung der Geſandſchaftl. Paeſſe ein Inhaeſiv-Reſcriptum an die Hofkammer zu Neuburg erlaſſen —, weſsfalls bey Erkaufung der Früchten keine weitere Anſtaende vorwalten würden &c.* & quod idem ſereniſſimus Elector per Reſcriptum *an die Pfalz Sulzbach. Regierung* dd. 3. Jul. 1771. diſpoſuerit, „*daſs denenſelben (Comitial-Geſandſchaften)* von geſperrt- und ungeſperrten Landesprodukten *gegen erſagten Geſandſchaften auszuſtellender eigener Urkunden ſolche Mauth- Accis-Freyheit in Zukunft angedeihen — ſolle.*

## §. XXXIII.

Hæc præcipua mihi videbantur capita circa inhibendam atque inhibitam frumentorum evectionem reſpectu poteſtatis dominorum territorialium conſideratu haud indigna. Varia adhuc dici poſſent ex. gr. de privilegiis commercii prorſus liberi in aliorum ſtatuum territoriis ab Imperatoribus olim conceſſis 1), de poteſtate imperii circa remittenda aut moderanda vectigalia ex frumentis tranſeuntibus, 2) de jure imperatoris & imperii, privilegia & diſpenſationes contra inhibitam annonæ exportationem extra Germaniæ fines ab ipſo imperio decretam concedendi. 3) &c. Ne autem nimis excreſcat hæc diſſertatio, ea, quæ dicendi argumento magis vicina tantum ſunt aut non amplius occurrere ſolent, facile omitti poſſe arbitratus ſum.

Mirum forſan videtur, in lucem jam prodire hoc ſcriptum, cum noxias potius & quam maxime pernicioſas eſſe omnes evectionis annonæ interdictiones ex principiis politiæ probare multi allaboraverint. Verum quamvis ſummopere laudandi ſint eorum labores egregii nec effectu deſtituti & quamvis omnino iisdem etiam, qui commerciis promovendis nihil magis inſervire contendunt, quam eorum libertatem & nihil iis obeſſe magis, quam ejus reſtrictionem, libenter ſubſcribam; ex altera tamen parte, *praeſertim in applicatione ad ſingula Germaniae territoria*, veriſſima mihi videntur, quæ HERBERTUS 4), qui plenæ quoque ejus libertati favet, addit: „*Es iſt ſo leicht keine Gefahr bey der Bewilligung der gänzl. Freyheit im Kornhandel zu laufen, wenn man ſich nur mit einigen Maasregeln dazu bereitet und keine völlige Freyheit eher zugeſtehet, als bis die Zeit* da-

*dazu günſtig iſt. Unſere Staatsräthe ſind zu weiſe, und ſcharfſinnig, als daß ſie nicht der Natur nachahmen ſollten, welche ihre Geſchäfte jederzeit vorher anordnet, damit ſie unvermerkt zu ihrem Endzwek gelangen möge.* Cumque non de eo, quid utile atque proficuum, ſed quid juris ſit, differam, non principia hæcce recentiora decidere, ſed ea, quæ ab antiquioribus inde temporibus recepta ſunt, in conſilium vocari debere apertum eſt.

1) Quale civitati Ratisbonenſi à Carolo V. ao. 1556. datum extat *in denen das Churbayr. und Oberpfaelz. Mauth- und Accisweſen erlaeuternden Urkunden* 1771. nro. X. p. 29.

2) Exemplum prohibitæ vectigalium exactionis ab utilitatem publicam extat in *oball. Reichsgutachten* de 1734. ubi disponitur: *„daß ſolche (von denen Crayſen) zu denen Magazinen, zu Dienſt des Publici führende und verordnende Proviant und andere Nothdurft an denen Zöll und Mauthen von denen Landsherrſchaften Zoll, Mauth, Aufſchlag, Licenten und aller andern Exactionen zu Waſſer und Land frey paſſiret werden ſollten &c. Reichsabſch. Tom. IV. p.* 412.

3) Exemplum conceſſi à Maximiliano I. civitati Lubecenſi privilegii refert PESTEL Diſſ. de Servit. commerc. §. XIII. ex LVNIGII Reichsarchiv P. generali p. 497. Idem ao. 1702. & 1734. hanſeaticas aliasque civitates in imperio obtinuiſſe teſtatur ill. MOSER in Tr. all. p. 784—786.

4) *In dem Verſuch einer allgemeinen Korn-Policey aus dem Franzöſ. des Herrn Herberts überſezt vom Herrn Hall, Berl.* 1756. 8vo, ubi pag. 144. *bis* 149. de hoc agitur.

*Errata.*

pag. 9. in not. 2) loco poſſunt pon. poteſt.
— 13. §. X. lin. 11. verb. E contra add. QVINTO:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0039-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0040-0

ULB Halle 3
005 362 318

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0041-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0042-1

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI GERMANICI

DE

# INTERDICTIS EXPORTATIONIS FRVMENTORVM TERRITORIALIBVS

QVAM

SVB DIVINIS AVSPICIIS

RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO CAROLINÆ

MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO

DOMINO

## CAROLO

DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE, REL. REL.

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE CONSVLTISSIMO

DOMINO

## GODOFREDO DANIEL HOFFMANN

PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE, SACRI CAESAREI PALATII COMITE, SERENISSIMI WVRTEMBERGIAE DVCIS CONSILIARIO, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, SVPREMI DICASTERII ET COLLEGII ILLVSTRIS ASSESSORE

PATRONO ATQVE PRÆCEPTORE SVO PIE VENERANDO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE HONORES RITE CAPESSENDI

D. IVLII MDCCLXXII.

DEFENDET

AVCTOR

IOHANNES AVGVSTVS REVSS, MARBAC.

SVPREMI DICASTERII WIRTEMB. ADVOCATVS.

TVBINGAE TYPIS FVESIANIS.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167039-p0043-7